ralis, quod quidem necessario debet intelli-
gi de inclinatione conservata, matrimo-
nium vero ordinatum amittente repug-
nat virginitati, & ita inclinatio ad matrimo
nium & inclinatio ad virginitatem in co-
dem subiecto videntur habere contrarieta-
tem.

¶ Vade sit Prima solutio, quod ut ibi di-
ximus in Secunda conclusione, omnis inclina-
tio, quæ est in homine, ut rationalis per
essentiam, vel per participationem; & hoc
ubicunque dicimus, quia appetitus sensitivus
est rationalis per participationem & non
per essentiam; & in particulari inclinatio ad
matrimonium est naturalis homini ratione
ultimæ differentiæ, & ita omnis inclinatio,
quæ est in homine ex natura sua debet regi
& gubernari per rationem, unde inclinatio
ad actum hominis, cum sit rationalis, natu-
raliter inclinat & obligat, quando recta ra
tio naturalis dictaminis illud esse necessa-
rium ad conservationem speciei, & tunc
seruare virginitatem non est secundum in-
clinationem naturalem, & si illicitum &
contra rectam rationem. Itaque matrimo-
nium & virginitas non semper habent con-
trarietatem. Et simile. Inclinatio naturalis
est in homine ad sumendum cibum propter
conservationem individui, non tamen tali
modo ad sumendum cibum semper, sed ad
sumendum cibum, quando recta ratio na-
turalis dictaverit, illud esse necessarium ad
conservationem individui, & ita in homine
possunt esse variæ inclinationes ad diuer
sa bona, quando non habent contrarietatem
inter se, & pro tempore quo non habent ad
invicem.

¶ Secundo solutio sit, dicendo, quod in-
clinatio ad matrimonium solum est in tota
communitate & non in singulis hominibus,
hoc enim dicendum est, quod in tota com-
munitate hominum est latissima inclinatio
eum naturali, cum sint homines diuersi,
quidam enim inclinantur ad contrahendum
matrimonium, quod est proclivius com-
munitati, alij vero inclinantur ad virginita
tem alij vero ad alia necessaria ad repúbli-
cam & ita non sunt contrariæ inclinationes,
cum non sit respectu eiusdem partis respu
blicæ sed respectu diuersarum partium, quem
admodum respectu ipsius politici. Et simile.
Calor & frigiditas non habent repugnan-
tiam in eodem homine respectu diuersa-
rum partium hominis.

¶ Ad tertium argumentum respondetur,
quod inclinatio ad matrimonium non est
contra honorem parentum, imo parentes
maxime delectant matrimonio filiorum,
ut sæpius in ista pro longa tempora con-
firmatum est, verum quod matrimonium ma-
gis diligitur ratione & secundum, non sequitur ir-
rationabiliter parentum, ut optime docet D.
Thomas 2. 2. quæst. 26. artic. 12. ubi ait
quod esse intentum diligitur propter ra-
tionem vltimum, non sunt velati vna ratio,
sed pluribus maior rationis exhibe-
da est, quorum diligentur in ratione pri-
mi & ratione vltimi bona existentia.

¶ Ad quartum argumentum respondetur,
quod contemplatio & matrimonium
non semper habent contrarietatem, & ma-
trimonium non impedit contemplationem
necessarii vnicuique in particulari, verum est,
quod est maxima necessitas ita communi
vtilitati, quod aliqui filii à matrimonio

se

et melior vacet contemplationi, & ita D. Thomas arctat, quòd lex divina contrariatur legi naturæ inclinanti proper diversas conditiones individuorum, aliqui vero ad contemplationem, & hoc insidet proprietati humanæ procedentis, quæ intendit ecclesiastico bonum commune.

¶ Ad quartum argumentum respondetur, quòd post refurrectionem non manebit inclinatio ad matrimonium. Ratio eſt; eſt in hac vita tale inclinatio conſtituebat in & ſimpliciter neceſſaria, ſed ex oppoſitione, ſingulis corruptibilibus individuum, post reſurrectionem vero non manebit tale corruptibilitas, ſed erunt omnes filii regni Dei, ſicut nec propter inclinationem ad ſuſtentationem cibi propter talem rationem.

¶ Ad ultimum reſpondetur, quòd ex hoc matrimonio colligitur eadem ratione, quòd viroalem viri & feminæ debet eſſe indiſſolubile, quòd demonſtrabitur infra, & ita non ſequitur, quòd vir & femina ſeiant pactum ad certum tempus.

C Secundum dubium eſt, an recte colligatur à D. Thoma, quòd ſit de jure naturali ex eo, quòd eſt ex inclinatione naturali. Ratio dubij à parte negativa hæc eſt. Nam multi antiquorum catholicorum tenent, quòd ſanctio eſt naturalis inclinatio ad malum, quæ corrigitur per gratiam, ita tenet Alexander de Ales 3. cap. 141. Albertus Magnus in 3. diſtinct. 29. quæſtione 1. Diana Bonaventura eadem diſtinct. 31. Gabriel quæſtione unica. Magiſter Victoria relectione, de homicidio, aliqua ex parte cõſentit cum his doctoribus ergo non ſequitur conſequentia, eſt inclinatio naturalis ad matrimonium, ergo eſt de jure naturali. Probatur conſequentia. Nam ea, quæ ſunt de jure naturali ſunt bona. ¶ Confirmatur hæc ratio. Nam homo naturali inclinatione magis diligit ſuipſum, quàm Deum, & tamen hoc non eſt de jure naturali, imò eſt contra jus naturæ, ergo non valet, eſt de inclinatione naturali, ergo eſt de jure naturali. Conſequentia eſt bona, & minor probatur. Nam per actum naturalem tenetur homo diligere magis Deum, quàm ſeipſum. Minor probatur. Nam ſi homo magis inclinatur naturaliter ad dilectionem Dei, quàm ſuipſum, ſequitur, quòd ad dilectionem Dei

D ad indigat virtute ſuperaddita, & ſic non eſt inclinatio naturalis voluntatis, ſunt diſtincti dilectiones propriæ.

¶ Ita non obſtantibus dictis concludo, Ex eo quòd naturaliter omnes homines habent eandem inclinationem naturalem voluntatis, & de jure naturali ita colligitur à D. Thoma hoc articulo explicato & intellecto, nam cum dicit in articulo ad matrimonium ſit de jure naturali, reſpondet, quòd eſt ex inclinatione naturæ.

¶ Ad quæſtionem ſuppoſitionem dubii, quòd ita homines, ut homines ſequuntur inclinationem naturalem, quam licet appetitus ſenſitivus ſequatur, illa inclinatio non eſſet naturalis homini ut homo eſt, ſed homini, ut animal eſt, & ut brutum eſt inclinatio ejus ad matrimonium conſentit homini ut homo eſt. Hæc propoſitio ſuppoſitionem eſt, quòd nulla eſt inclinatio naturalis ad malum. Appetitus enim ſenſitivus in nobis ex natura ſua inclinat ad bonum, puta ex natura ſua eſt ſubjectus rationi, & ex ea parte, qua inclinat ad bonum ſpecies, ſemper ad bonum ſubjectum: quòd ſi aliquando ad malum inclinat, illud non habet ex natura ſua, ſed ex defectu ſubjecti hoc autem probatur primo ad 1. 1. quæſt. 26. artic. 3. & quæſt. 30. artículo 1.

¶ Hoc poſito fundamento probatur conclusio. Omnis naturalis inclinatio eſt ad bonum, præcipuè illa, quæ eſt ſecundum rationem, & quæ conſentit homini ut homo eſt, ergo ex eo quòd aliquid ſit ex inclinatione naturali, præcipuè conſentiens homini ut homo eſt, optimè colligitur quòd ſit de jure naturali, nam eſt ad bonum inclinatio vero ad malum non eſt. Et ſecundum hoc eſt ſuppoſitum, quòd conſentiens homini ut homo eſt, ergo.

¶ Confirmatur argumentum. Nam jus naturale ſecundum Iſidorum loco allegato, eſt quod convenit omnibus naturaliter, ſed, ad quod eſt ſecundum inclinationem naturalem, convenit omnibus naturaliter, cum ſit eadem ratio, ergo eſt de jure naturali. Vide ad rationem dubitandi reſpondetur, quòd dicta eſt naturaliter inclinatio ad malum principale & conſentiens homini, ut homini, quale eſt aliquod eſt ad matrimonium.

¶ Ad confirmationem reſpondetur cum Diva Thoma 1. parte, quæſt. 60. artic. 5. quòd bona & angelus magis inclinatur naturaliter

rationaliter ad dilectionem Dei, quàm ad
A proprium, non tamen negamus, quod non
sit necessaria virtus ad dilectionem Dei,
quia ad quid quæ naturaliter,
& ardua sit, & difficultatem patiatur virtus.
Sic exemplum. Probabile sententia est,
quòd volens Deũ sit finaliter, ad quẽ
naturaliter inclinatur, & quoniam ille fi-
nis ardua est & difficilis, ad illum quærens
ista necessaria est virtus. Virtus enim pa-
ratur ad vincendum difficultatem diligen-
di Deum super omnia, ut aliquid ar-
duum & difficile, nolendi eum offendere
eundem propter ipsum, & ideo requi-
B ritur summa in voluntate intensio ad bonum
quod est etiam proprium, quod naturali-
ter inclinatur, si arduum sit, & difficile
in actualitate exercitii: ratio superadditi
ex voluntate. Et exemplum. Nam homo
naturaliter inclinatur ad diligendum intellec-
tualiter, tanquam ad bonum proprium,
quorum virtutum hæc est ardua & diffici-
lis in ipsa executione, pertinet quidam ha-
bitus quæ dicitur studiositas ad illam finem
consequendum. ¶ Dico secundo, quod ad di-
lectionem Dei, ut bonum naturale, ad
C requisitum aliqua potentia moralis, sed
ipse homo per naturam suam sine deter-
minatione ejus ad hoc requisitum aliqua vir-
tus in voluntate ad diligendum Deum, ut
bonum particulare, & ita dilectio Dei, qua
est quædam bonum naturale meritorium
vitæ æternæ, & charitas, in quibus nulla
est virtus, sed ipsa natura sufficiens dicen-
tur naturaliter ad hoc.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm matrimonium cadat D sub præcepto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium aliquo modo non cadat sub præcepto. Quia præceptum obligat quemlibet ad implendum: sed prima institutio matrimonii fuit sub præcepto ut homo relinqueret patrem & matrem, & adhæreret uxori suæ. Genes. 2. Quod Deus constituit homo non separet: ergo adhuc est matri-
monium sub præcepto.

¶ 2 Præterea. Præceptum non malum videtur secundum omne tempus obligare, sed matrimonium videtur de iure naturali, ut dictum est, ergo &c.

¶ 3 Præterea. Bonum speciei est melius quam bonum alicui hominis, ut dicitur 1. Ethic. Sed præceptum primæ 1. Eth. 4.
bonitatis datum ad conservationem unius
alicui per aliam naturalem actum obli-
gat: ergo multo magis præceptum de
matrimonio quod pertinet ad conser-
vationem speciei.

¶ 4 Præterea. Illa mente nullus
videtur obligari, nisi obligatio mentis
debet: sed propter hoc obligabantur ho-
mines ad matrimonium antiquo tempore,
ne multiplicatio hominum generis cessa-
ret: ergo hodie charitas & quilibet
liber potest a matrimonio abstinere sic
dicens & matrimonium non est sub præcepto.

SED CONTRA est quod dicitur 1. Cor. 7.
Qui non coniungit matrimonio virginem
suam, melius facit, &c. quam qui coniun-
git: ergo contrarium matrimonium non est
sub præcepto. ¶ Præterea, nullus debetur
præmium pro transgressione præcepti, sed
aliquod debetur speciale præmium, &c. ergo
illa non matrimonium non est sub præcepto.

RESPONDEO dicendum, quòd
matrimonium ad aliquid dupliciter
potest quis reperiri. Uno modo, sicut ad id, quod est neces-
sarium ad perfectionem universi: et sic ad
illud nullus quemlibet obligat, quia multi
alii perfectiones universi sine eo sunt con-
tenti. Alio modo invenitur aliquid quod
est necessarium multitudini, & quia mul-
ta sine humano quærunt non competit,
aliud, ex tali obligatione non obligantur
omnibus simul per modum præcepti: ad
illa quilibet homo obligatur ad agri
culturam &c. ad edificationem, & ad
huiusmodi officia, quæ sunt necessaria
communitati humanæ, sed declinantibus
multis ab illis sic quod per diversa compe-
tunt ad prædicta. Dicimo ergo ad propositum
ne humanæ multitudini sit necessarium
aliqua contemplativa pars existere,

quæ

quæ maxime per matrimonium simpli- A
citer inducitur ad matrimonium non
obligat per maximum præceptum, etiam se-
cundum philosophos. Unde Theophra-
stus probat, quid sapienti non expedit
ducere.

Ad primum ergo dicendum, quod B
præceptum illud non est universale, nec
obligat semper, vel in omne tempus de-
finibile tempore quo particulare bonum
unum exigebat, ut quilibet generationi
vacaret.

Ad secundum dicendum, quod B
sapiens ex dictis.

Ad quartum dicendum, quod natura
humana appetitum ad diversa effectiva
& actus inclinat, ut dictum est: sed quia
est diversitas in diversis secundum
quod manifestatur in hoc vel in illo, non
magis inclinat ad unum illorum effectivum
aliud vel aliud: & ex diversitate simili
cum diversa proportione quæ occurrit
tempore, variatur quod unus eligat unum ef-
fectum, vel agit unum vel alium actum, &
sic unum quod quidam eligant matri- C
monialiter vivere, & secundum contem-
plationem, unde nullum periculum incurrit.

SVMMA ARTICVLI

IN hoc articulo duo sunt tractanda. Primo de conclusione. Prima conclusio. Præceptum matrimonij non obligat de communi lege. ¶ Secunda conclusio. Præceptum matrimonij per aliquem de communitate fidelium existentem adimpletur, quicunque hoc vel illud tempore matrimonium contrahat. Circa primum articulum quatuor dubia occurrunt de ipsius conclusionis veritate. Primum est, quando facta fuit illa universalis matrimonium secundum se considerata. Hoc tamen commodius explicabitur in quæstione sequenti. a.

MOdo verò ad explicationem litteræ D. Thomæ est notandum dubium illud, quæstionem & difficultatem, An sit præceptum de matrimonio obligans, & simpliciter loquendo, & videtur vera pars negativa.

¶ Primo arguitur ex doctrina D. Tho. in hoc articulo, ubi docet, quod non est præceptum de matrimonio, quod obligat de communi, & omnibus diversis temporibus inducitur per singulos, quibus diversis temporibus speciali per matrimonium inducitur, sed secundum se in illis omnibus temporibus, ad quæ matrimonium ordinatur non reperitur aliquis qui peccet in non exercendo actum matrimonialem, quod patet in pueris & senibus, ergo non est præceptum de matrimonio.

¶ Secundo arguitur. S. Paulus 1. Cor. 7. dicit, de virginibus loquens, de virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, quasi misericordiam consecutus a Domino ut sim fidelis. Hoc autem dicendum videtur, quia non erat præceptum de virginitate, ergo non fuit præceptum de matrimonio, per consequentiam, quod 1. Cor. 7.

Gene. 1. & 2.

quod libenter virginitatem. Consequentia est bona, maior vera est de fide, vt diximus, & constat ratione, nam præcepta sunt de bonis, consilia verò de melioribus, ergo nō potest habere oppositum inter se rem rationis boni et melioris bonum non cōsiliatur. Minor tenet per D. Paulū 1. 1. Cor. Cor. 7. vbi loquendo de virginitate, inquit, consilium autem do. ¶ Confirmatur argumentum. Nam illud virtutum non debent habere oppositum inter se, sed virginitas est virtus, & actus matrimonij est actus virtutis, ergo actus matrimonij non est actus virtutis, sed malus non est in præcepto. Præceptū non datur de malis virtutum.

¶ Quinto arguitur. Sola naturalia spectāt ad finē naturalem, contenta enim naturæ deleōtur, quam natura appetit, sufficiens est ad propagandam primam generationem & educationem: hæc enim sufficiunt ad propagationem & conservandam aliam speciem inferiorem: sed in homine est principale, ordinatum & propositum ad matrimonium & ad actum matrimonialem, ut iam determinatum est in articulo præcedenti, ergo non est necessarium apponere præceptum, sed potius est superfluum.

¶ Sexto arguitur. Præceptum de matrimonio non est præceptum naturale, neque est præceptum Legis naturæ, ergo non est præceptum. Consequentia est euidens, nā omnia præcepta sunt naturalia, vel legalia tantum. Antecedens vno pro fundo. Et quidem nō sit præceptum positiuum superadditum naturæ, adeoque per se notum est hoc manifestū, quia non sit præceptum nisi probatur. Nā præceptū de matrimonio non est primū præceptum per se notum naturali lumine, neq; inferitur ex per se notis per vnum certum consequens, sed per rationes & probabiles tantū, ergo non est præceptū naturale. Cōsequentia est euidens, nam omne illud, quod est de præcepto naturali, est est principaliter per se notū, vel est notum, quia inferitur ex per se notis per vnicum certum consequens. Antecedens probatur. Quod primum primum cōsequens certum & euidens, præceptū de matrimonio non est primum principiū humanæ naturalis cognitionis, ergo non est per se notum, vel per vnicum certum consequens deducibile. Nam ex hoc principio, ergo vnicum bonum est propagandum primum

A secundum esse rationale, non est euidens consequentia, nec ex hoc principio per vnicum certum consequens potest & naturæ probari. Nihil potest enim quis dicere, & per rationes probabiles potest optime probari, & educari, multi enim pecorum bene per rationes probabiles, & tamen bene optime educati, ergo non est euidens, nullum ex per se notis.

¶ Septimo arguitur. Nam si esset præceptū de matrimonio contineretur in præceptis Decalogi, aut referretur ad aliquod illorum. Nam omnia præcepta naturalia in Decalogo continentur: sed præceptum de matrimonio non continetur in præceptis Decalogi, neq; refertur ad aliquod illorum, ergo non est præceptum de matrimonio. Minor probatur. Nam in nullo apparet in quo præceptū illorum continetur, aut ad quod illorum referatur.

¶ Octauo arguit. Illa præceptū de matrimonio nō est impositū singulis hominibus, neq; toti humano naturi, ergo nō est tale præceptū. Consequentia est euidens. Antecedens quoad vtrāq; partem probatur. Nā D. Paul. 1. Cor. 7. scribit hominibus 1. Co. in particulari de sola virginitate, cum dicat, 7. nulla corum esse, sua sententia: nā ut dicunt sanctissimi Doctores, D. Paul fuit virgo, ergo non est præceptum impositum omnibus hominibus de matrimonio: nec similiter vlla reliqua matrimonij præcepta quoad totum genus humanum, quoad totum partem gladium attingunt: quidam enim non tenentur ad matrimonium contrahendum, nec, nā transgressio alicuius præcepti, transgressio tamen in singulis hominibus repetitur.

¶ Nono. Si esset præceptū impositū de matrimonio singulis hominibus, vel communiter, sequitur, quod in aliqua casu, videlicet, extrema necessitate, religiosi qui eam habent votum seruandi, teneantur dicere vnum. Consequens tamen est falsum, ergo & illud ex quo sequitur. Sequela probatur. Nam in tali casu est eadem necessitas ad conservationem speciei, quod religiosi non habent votum, & hæc ratione est impositum præceptum de matrimonio, ergo tenentur dicere vnum. Falsum pro consequente probatur. Nam tenerentur sic homines inhabiles ad matrimonium contrahendum, ergo religiosi qui habent votum seruandi, non tenentur in illo casu matrimonium contrahere.

In

IN hac 2. hæsitatione sunt diversæ sententiæ. Prima sententia est, quod non est impossibile præceptum de contrahendo matrimonium hanc sententiam tenet Magister, lib. 4. dist. 26. c. 3. controversia secunda cap. 1. & 6. & hæc sententia nullam habet probabilitatem, ut patebit ex sequentibus.

¶ Secunda sententia est huic opposita, & ita communis, quòd dicit præceptum de matrimonio, & hæc sententia est vera, & tenenda.

¶ Pro cuius explicatione sit prima conclusio. Matrimonium est in præcepto, hoc est, illud præceptum fuerit positum à Deo ut aliqui matrimonium contrahant, sicut fuit illud quod dedit Gen. 1. al confirmationem individui, Dixitque Deus ergo paradisi comedes, sive a Deo ut legislatore dicatur, ut illud quod posuit primis parentibus, ne comederent de ligno scientiæ boni & mali.

¶ In hac conclusione communiter omnes Theologi, & obligant præceptum ex illis verbis, Crescite, & multiplicamini, & hanc Gen. 1. sententiam tenet Magister in 4. dist. 26. c. 3. ubi dicit, quòd prima institutio matrimonii, præceptum habuit. Eandem sententiam tenet D. Thom. in hoc artic. præsertim ad primum argumentum. Scotus, quæst. 1. illius distinct. Durand. ibi dist. q. 2. Palud. quæst. 3. Magister Soncq. 1. artic. 2. & hanc sententiam tenet omnes expositores D. Thomæ.

¶ Ex probatâ conclusione primo Matrimonium est omnino necessarium ad propagationem generis humani, ut patet: sed ad finem tam necessarium oportet, quòd multa sint necessaria, & in præcepto ergo matrimonium est in præcepto. ¶ Confirmatur argumentum: Nam ut dictum est in articulo præcedenti, matrimonium est ex institutione naturæ, & consequenter de lege naturæ præceptum rationem immediatè dictam, ergo naturalem est in præcepto. Probatur consequentia. Nam ea quæ sunt de lege naturali sunt in præcepto.

¶ Secundò probatur conclusio. Præceptum est de susceptione illi in ordine ad conservationem individui, sed magis necessaria est conservatio speciei, quam conservatio individui, tum quoniam est bonum universalius, & divinius, tum etiam quoniam conservatio & multiplicatio individuorum ordinatur ad conservationem & multiplicationem speciei, ergo etiam est præceptum de matrimonio per quod conservatur species. Consequentia patet ex regula communi, quòd quæ sunt de lege naturali sunt in præcepto. Secunda probatur, Magis necessaria est conservatio speciei, quam conservatio individui, tum excellentior & divinior, quam conservatio patet, quoniam est conservatio finis ultimi; tenemur ex præcepto propriis patribus obedire, ergo tenemur conservare speciem per matrimonium. Sed explicandum est in particulari quodnam sit præceptum affirmativum, vel negativum, naturale, vel superadditum naturæ? Et quidem si naturale, vel superadditum, explicabitur in solutione ad secundum argumentum.

¶ Ad explicandum ergo an sit affirmativum vel negativum, & secunda conclusio. Præceptum de matrimonio contrahendo est præceptum affirmativum, obligans semper, non tamen pro semper, sed in casu existente aptitudinis, ac præcepta de conservatione individui, & præceptum de conservatione prolis, & alia præcepta affirmativa. In hac conclusione communiter omnes Theologi in locis citatis in præcedenti conclusione. Et probatur ratione dicta illo tali ratione: nam præceptum illud colligitur ex illis verbis, Crescite, & multiplicamini, ut dictum in præcedenti conclusione, sed illa verba loquendo & dicendo explicant præceptum affirmativum, ut constat, ergo illud præceptum affirmativum. Hoc autem est præceptum affirmativum, & obligat semper, non tamen pro semper. ¶ Et confirmatur argumentum. Nam præceptum de conservatione individui, quod explicatum illis verbis, De cetero ligno paradisi comedes, est affirmativum obligans semper, & non pro semper, & præceptum de conservatione prolis est affirmativum obligans semper, non tamen pro semper, ergo præceptum de matrimonio affirmativum, est obligans semper, non tamen pro semper, si quidem esset annexum ad conservationem speciei.

¶ In hac conclusione sequitur, quòd post factam propagationem & multiplicationem generis humani, præceptum illud de matrimonio non obligat pro tunc, & sic in lege naturæ, & in lege gratiæ, & in lege scripta post factam propagationem & multiplicationem populi Judaici non obligat pro tunc præceptum de matrimonio contrahendo. In hac conclusione communiter omnes Theologi citati pro prima conclusione.

&

& ratio eſt ratione præcepti de matri A
monio, nam ſi affirmatiua obligat in ca
ſu neceſſitatis, ſed non præcedit illa caſi
bus nulla adeſt neceſſitas, ergo, &c. Ita
non obligat pro tunc. ¶ Et confirmatur ſe-
gunda conſequentia. Nam præceptum de lege-
da charitatis ſolum obligat in caſu ne-
ceſſitatis, ergo illud præceptum de
matrimonio, in illo caſu nulla
adeſt neceſſitas, ergo non obligat pro tunc.
Et eodem modo eſt quod hæc propoſi-
tio non probat eam. Deus a principio
creauit Genes. 1. & 2. & ait illis: Crescite & B
multiplicamini, ergo hoc præceptum obligabat
ſemper, & multiplicandi, vt ſignificaret, ſe
pra illa tempora obligabat præceptum
de matrimonio contrahendo, non ſolum ea
vice neceſſitatis pro tunc.

AD argumenta in principio facta re-
ſpondetur: ad primum argumen-
tum ex dicta D. Thomæ reſpon-
detur, quod S. Doctor Angelicus præter le
gem in hoc illo modo, matrimonia eſt ex-
plicite illud ſignificat enim D. Thomas ex
cludentia contrarij, quia diuinum poſt propa-
gationem primam humanam: itaque diſtinctio
illius propositionis illud præceptum de
matrimonio contrahendo, & poſtea exerce
re coniugium, in principio dicit, videli-
cet, quod matrimonium ad illum tunc ſub
præcepto & ita D. Thomas reſpondet, quod
non eſt præceptum obligans pro eo caſu
tua ille tempore quando non erat facta
ne propagatio humana: & non
decet, quod non ſit præceptum abſolute lo
quendo de matrimonio non contrahendo ſed
ſolummodo ad illum expreſſe dicit, &
in caſu neceſſitatis non contrahere contra-
here matrimonium & hæc eſt legitima ex-
poſitio D. Thomæ, de qua plura dicuntur
in Scholiis ad dictum argumentum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod Scili-
cet aliquod præceptum de matrimonio ſo
lum obligat ex matrimonio, vt poſtea dice
tur, & ideo reſpecta particularium non
eſt præceptum, ergo impertinens, vt dicit
D. Paul. in loco citato in argumento ſecun
do, & quamuis præceptum de matrimonio
ex causa obligat, obligat pro eo caſu re-
cente neceſſitatem tunc ſi præceptum
affirmatiuum, non eſt ligat pro tempore vi-
de cuius dictum ratione non eſt impertinens, ſed
pro eo eſt conſilium ſecundum ſe ipſum.

Et ſic ad locum D. Pauli dicendum eſt, quod
illud verbum, Indulgeamus, & venia, eorum
imperat, ut illum, pro eo aliquando ſignifi-
cat culpæ relaxationem, condonationem,
& remiſſionem: aliquando vero ſignificat
benignitatem, qua quis non rigoroſe, ſed
blande ſe gerit cum aliquo & in hac ſtatua
accipiendo ſumitur indulgentia & reſpectu
puto à D. Paul & non in præſenti & ita ſignifi-
cat D. Paul, quod matrimonium lege Euan-
gelica permittit adhuc imperfectiori, & di-
ci quando ſcilicet matrimonium ex cauſa non
tunc non vult ſignificare vitium & culpam.

¶ Ad tertium argumentum reſpondetur,
quod præceptum de matrimonio ſolum
obligatur ex illis verbis, Creſcite, & multi- Gen. 1.
plicamini: in quibus verbis explicatur præ-
ceptum, non quia ibi inſeruntur præcepta
de matrimonio, nam ſi dicerem ubi bibite
me ad ſitiam, præceptum de matrimonio
eſt mirum naturale & ita infans eſt mi-
ſus hominum, ſed illi explicano natura,
& præcepti naturalis. ¶ Vel primum po-
test dici in oppoſitum dictum eſt quod illa
verba reſpecta aliorum non habet
rum præcepti, ſed ſignificant voluntatem di-
uinam appetitiuam naturæ ſenſitiuæ, quæ
vero animalium non ſunt capaces præcepti,
reſpecta vero hominis, qui eſt capax præce
pti, ſignificant impoſitionem, vel declara-
tionem præcepti, nam vt ſupra dixi Ca
ietanus, quæſt. 68. art. 2. quando aliquid
continet naturas inferiores & ſuperiores, ex-
cellentiori modo continet ſuperiori, & ſe-
cundum modum ſuæ naturæ, ſicut homo
reſpecta illorum animalium, quæ ad ipſum
ordinantur, habet dominium, quia non
eſt capax dominij in proprio, cum homo ſit excellentioris naturæ, & ca-
pax præcepti, multiplicate ſpecies, & con-
ſeruate illam creando ei ſecundum præce
ptum, non vero alia animalia. ¶ Ad ſe-
cundum probationem reſpondetur, quod
præceptum de matrimonio non eſt de po
pagatione generis humani, quæ habet ratio
nem finis, ſed de adhibendo mediam neceſ
ſarium ad illam propagationem, ſcilicet, de
matrimonio, & de hoc vtitur ſolum in il-
lis verbis, Creſcite, & multiplicamini, vide
tur poſtea præceptum de propagatione Conclu-

que

que est fin tantum naturæ non prolum, sed
A de malo moralium, quod est de indue-
ture inclinat & similiter.

¶ Ad quartum argumento dicendum,
quod homo aliter loquitur & ut
matrimonium habens oppositum in ge-
nere moris, sed in genere naturæ, non ut di-
cimur, quando matrimonium est in præ-
cepto, vel non matrimonium est in præcepto, ne
gamus est in consilio. ¶ Dico secundo, quod
matrimonium sunt necessaria ad finem spe-
cialis humanæ, semper habens oppositum
B cum vitio, vel pœna de damnatione natu-
rali, quæ nullam habent necessitatem
circumstantiam, quod habens oppositum
cum vitio, vel pœna habens oppositum
cum se bene habendi (tam quo ordinem sig-
nificat integritas & calitas, de qua vide
D. Thomam 2. 2. quæst. 152. artic. 2. ad quar-
tum & 3.

¶ Ad quintum respondetur quod delecta-
tio quæ est in matrimonio, prius est finis
naturæ, finis delectatio quæ est in tem-
perantia ebrii, fuit autem matrimonio necessitas
præcepti de matrimonio, ut homines de
liberarent ab usu matrimonii & procreatio-
ne liberorum, vel propter fœtum, vel
propter alia incommoda quæ affert, filium,
vel propter alia causa.

C

AD sextum argumentum dicendum est,
Ad præceptum de matrimonio, si
præceptum naturale impletum a
Deo ut auctore naturæ, ut unde & præceptum
positivum impletum naturæ, impletum
a Deo, ut de legislatore civili, & videtur
quod non sit naturale.

¶ Primo ergo ad argumento sexto dicitur.

¶ Confirmatur illud. Dicitur tertium ne
est de iure naturali, vel de iure gentium,
quoniam non inferunt ex præcepto per se
nobis per evidentem consequentiam, vel
per topicam & probabilem, quam ferè om-
nes homines admittunt, ex his enim præ-
cepti, pro fornicando est in Republica & ego
sunt colendi multum probabiliter sequitur,
ergo dicitur tertium est faciendum, vel evitan-
dum sequitur, quod de contrahendum
matrimonium ex eo quod est conservanda
species humana & propaganda, ergo.

D

¶ Secundo. Est naturale non dependet a
positivo, vel essentia in positivum dependet
a naturali, vel præceptum de matrimonio

non dependet a tempore positivo, ergo una est
præceptum naturale. Consequentia si quis
dem, nam probatur, nam vide D. Th.
in 1. 2. quæst. 97. art. 3. In positivum dis-
tinguit a iure naturali, & ita iure naturali non
dependet a iure positivo, non in positivo
vel est per modum additionis a iure natu-
rali, vel per modum determinationis, vide
dicit D. Tho. ergo positivum naturale est non
naturale, quia non positivum, si debuit
non dependet a tempore, non præceptum
dat a positivo. Minor probatur, nam præ-
cepti de matrimonio dependet ex volun-
tate contrahentium, & ex voluntate non
dependet a iure positivo, ergo.

¶ Tertio. Si præceptum de matrimonio
sunt immutabile & immutabile, sed præ-
ceptum de matrimonio est variabile & mu-
tabile, ergo non est naturale. Minor probatur.
Nam præceptum de matrimonio a principio
obligabat omnes, modo vero non obligat
omnes, non enim tenentur contrahere matrimonium, ut dicit D. Tho in
arguendo variatio est in naturali.

IN hac difficultate Soncinas. Sent. dist.
26. quæst. 1. primo dicit quod præceptum
naturale de matrimonio in communi
positionem in prima conclusione. Præceptum
de matrimonio est naturale quia
non præcipitur. Hæc conclusio est fere
communis Theologorum in 4. dist. 26.
cum tenet Magister Sent. loco citato
ubi Petrus Natalis, Scotus, Ockam, Gre-
gorius Ariminensis, Adrianus, Gabriel, Ma-
dius, Durandus, Petrus de Palude, Ricardus,
Almainus, Major, Capreolus, Cajetanus,
Silvester, Sotus, Navarrus, Medina, Co-
varruvias, Vasquez, Suarez, Valentia, Ta-
bena, Lugo, & quamplures alii, ergo
quia propagatio speciei de sua ratione
non & naturalis, vi cuius naturalis
præceptum de matrimonio est naturale
naturale.

¶ Secundo. Præceptum naturale est de
conservanda individua per sanctimoniam
ciborum & potus, sed magis necessaria est ad
eam propagationem speciei & eius conservationem
quæ si per matrimonium, & ut magis naturale,
ut constat, cum sit bonum naturæ
excellentius, ergo de matrimonio est præ-
ceptum naturale.

¶ Tertio. Si præceptum de matrimonio
non est naturale, sequitur quod tale præce-
ptum sit abrogatum & abrogatum in lege

gratiæ,

gratiæ, consequi eli Deum. ergo. Sequela probatur, Nam omnia principia positiua legis naturæ, & legis scriptæ ostendunt & habent perseverare principia naturalia, quæ pertinent ad mores, & principia supernaturalia fidei, & sacramentorum.

¶ Confirmatur argumentum. Nam ista præcepta non possunt, etiam si fuit omnia peccata, primo, & per voluntatem humanam principaliter fieri ab illa pœna, vt diximus in 1. 2. quæst. 100. art. 8. & in 2. 2. in materia de legibus, ergo si principium de manifestatione Dei naturale, scilicet, quod per voluntatem humanam tollendi possit, quod est impossibile.

¶ Sed una difficultas est, explicare in particulari quomodo illud dictum naturale lumen quod illi de quo Theologi in hoc, quod principio de manifestando Deo est principium per se notum naturæ, dicunt, quod illi principium primum naturale, & hoc satis manifestum, nam est principium primum positiui per modum ad finem ultimum. Vide tota difficultas est, in hoc præceptum est per se notum per se, & omnem consequentiam colligatur.

¶ In quo re Magister Soto in 4. distinct. 26. quæst. 1. articulo 1. videtur dicere, quod præceptum de manifestando Deo est principium per se notum lumine naturæ, neque per se notum colligitur per quamcumque consequentiam, sed per consequentiam maximæ apparentem & efficacem, ita vt nullus homo possit non videre. Nam inquit, ea quæ sunt de iure naturali, sunt in triplici differentia, quædam sunt principia per se nota, vt illa tantum sit faciendum, nullum sequendum malum sit vitandum. Alia sunt quæ per se notæ colligantur per euidentem consequentiam per illa. Nam est faciendum hoc vel illud, quod ex dictis colligitur ex illo primo principio. Nullo faciendo malum. Alia sunt quæ non inferuntur per euidentem consequentiam, sed per consequentiam maximi efficacis, videlicet quod vnus sit omnia vltimum, & in illo tertio gradu collocat præceptum naturale de manifestando.

¶ Hæc sententia sic explicata probari potest tali ratione. Nam conclusiones quæ inferuntur ex principiis de fide, & alijs cognitis lumine naturali, non habent euidentiam, nisi per consequentiam maximi efficacis, quia non habent euidentiam naturalem, nisi per illam, ergo si præceptum de manifestando Deo naturale, non habet euidentiam naturalem, nisi per consequentiam maximi efficacis, non est per se notum. Probatur consequentia. Nam euidentia naturalis non quod cognitum sit certe cognitum est certam euidentiam naturalem, nisi quatenus ab hac certitudine pendet cognitio fidei, ergo si principium fuit per se notum, & quæ sequuntur maximè efficax & probabilis, consequens remouebit ad hanc naturæ.

¶ Aliqui vero alij autores impugnant hanc sententiam Magistri Soti tali ratione. Nam hoc differt lumen naturale & lumen fidei, quod naturale inferuntur ex principijs per se notis per euidentem consequentiam, at vero lumen fidei per consequentiam maximè efficacem, & maximè consentaneam rationi, vt diximus de diuinis mysterijs, ergo si mysterium pertinet ad lumen naturale fidei per euidentem consequentiam. Consequens. Nam quæ pertinent ad lumen naturæ sunt per se & immediate nota, & ergo nulla sunt principia per se nota, vel sunt principia per se nota, vel per euidentem consequentiam inferuntur ex principijs per se notis. Et propter hoc attinentia ex illa conclusione, patuit illi autores quod sententia Magistri Soti est falsa.

¶ Secunda conclusio. In hoc explicatione de Matrimonij præcepto est de iure naturæ

eſſe talem quòd infertur ex per ſe notis per
euidentem conſequentiam naturalem. Dici
in concluſione naturaliter: quoniam conſe-
quentia aliqua poteſt eſſe euidens euidentia
quidem naturaliter & mathematica, po-
teſt etiam eſſe euidens euidentia moralis, quæ
aliquoties deficit à ratione euidentiæ, non
tamen in omnibus exigendi eſt eadem euiden-
tia. Igitur quæ ſunt de iure naturali licet in
aliqua differentia. Quædam ſunt per ſe no-
talia verò ſunt, quæ ex per ſe notis infe-
runtur per euidentem conſequentiam ma-
thematicæ & logicè loquendo. Ea verò ſo-
la ſunt quæ inferuntur per euidentem con-
ſequentiam naturaliter loquendo, & in ul-
timo gradu concludunt principia naturalia
de quibus nunc. Hæc concluſio quamuis ad
hæc quæ dicebat inferri per euidentem con
ſequentiam eſt tertium Theologorum, nec
in hoc diſcrepat Magiſter Scotus. Et probatur
primò concluſio quoad hoc, ratione &
confirmatione horum Doctorum.

¶ Secundò probatur concluſio. Nam illa
propoſitio, Matrimonia ſunt contrahenda
coniugaliter ex principijs per ſe notis, & per
euidentem conſequentiam: ergo eſt de iure
naturali illo modo. Conſequentia eſt bona,
ut videtur probatur. Nam illa propoſitio
eſt euidens in lumine naturæ: ſpecies huma-
na propaganda eſt. Hæc etiam eſt euidens lu-
mine naturæ, ſpecies humana debet propa-
gari, vel per nutrimentum, vel per vagum
coeundi: ſed euidens eſt in lumine natu-
ræ, quod formicatio & vagus concubitus
eſt illicitus vel deformis. Ergo
ergo euidens eſt, quòd ſpecies humana non
eſt propaganda per fornicationem. Ac ſibi
de colligitur euidenter, quod medium neceſ-
ſarium ad propagationem ſpeciei humanæ
eſt matrimonium. & quod de illo eſt præce
ptum naturale. Et hæc argumentum ſpecia
liter habet vim contra aliquos Scotiſtas. Quod
verò illa conſequentia non ſemper debeat
habere euidentiam metaphyſicam & logi-
cam ſed ſufficit moralis in talibus propo-
ſitis, eſt regula Scoti in noſtro caſu. Nam
conſequentiam, quam ipſe vocat probabi-
lem, poteſt vocare moralitèr euidentem. Et
ita finis cauſa iſti autem reprehendere illa
Ratio eſt. Nã non ſemper eſt exigenda eadẽ
euidentia in omnibus, & rebus moralibus,
moralis, & non metaphyſica eſt exigenda.
Quando verò infertur aliquid ex principijs

per ſe notis in rebus moralibus per conſequẽ
tiam efficacem, ſita vt nullus honeſtè ea
negare poſſit, abſolutè loquendo talis con-
ſequentia eſt euidens moraliter loquendo,
quamuis metaphyſicè & logicè loquendo
non ſit euidens. Tale eſt præceptum de ma
trimonio, quod quidem infertur ex princi
pio per ſe noto per conſequentiam mora-
liter euidentem.

¶ Ad rationem propoſitam pro ſenten
tia Magiſtri Scoti ſecundam aliquem reſpon
dere, quid eſt maxima differentia inter eũ
diſtinctum Theologicum, quæ infertur per
euidentem conſequentiam lumine naturali,
vel ex una propoſitione certa lumine natu-
rali, & inter concluſionem, quæ infertur ex
principijs per ſe notis per topicam & proba
bilem conſequentiam. Ratio differendi eſt.
Nam propoſitio fidei, & lumine naturali ex
tenſum in certitudine & in conſequentia
euidẽ lumine naturæ, vel propoſitio certa
lumine naturali, eſt aptum & diſpoſitũ me-
dium ad hoc, quòd certitudo fidei tranſeat
per illã conſequentiam talis concluſio nã habet
tantam certitudinem ſicut eſt certitudo fi-
dei. Conſequentia tamen topica & probabi
lis, vel propoſitio aptia & probabilis, cum
non habent certitudinem, non eſt aptum &
diſpoſitum medium ad hoc, quòd certitudo
lumini naturali tranſeat per illã.

¶ Ad confirmationem reſpondetur, quod
propoſitio quæcunque de fide non depen-
det ex aliqua propoſitione certa certitudi-
ne morali, quamuis ad aliquam diſtinctionẽ
non dependet ex aliqua rationabiliter. Sed
in medijs ſine aliqua diſcretione debemus re-
dire propter primam veritatem increatã. Et
Vade ad argumenta facta in principio. Ea-
dem debet reſpondetur.

¶ Ad primum, quod eſt ſecundò dubitã prin-
cipaliter replicatur, quòd per aliquod de multis
non infertur ex principijs per ſe notis per cõ
ſequentiam euidentem, ſicut moraliter, ut
iam dictum eſt. Ad confirmationem reſpon
detur, quod non pertinet licet inferatur per
modum conſiderati, tamen revera non eſt
concluſo, nec infertur per conſequentiam
efficacem & euidentem, moraliter lo-
quendo, & ex natura ipſius rei abſolutè
loquendo, ſed ſuppoſito aliquo accidentali cau
ſante rei falſitatẽ eſt, inferre ex ijs prin-
cipijs, per eſt formalis in Regula de agi ſem-
per debet autem fieri ea poſſit euidẽti

suppositâ malitiâ hominum, nisi res appetibiles haberent, ergo dictio erunt essentiales. Vbi manifestè apparet, quòd circa illa nō infertur ex corruptione ipsarum rerum, debitum honestum. Poterat enim agi optimè sobrie, & pax poterat seruari, etiam si res illæ essent corruptæ, & effet relictum in voluntate. Supposita tamen malitia hominum, hoc nō potest ordinatè fieri, licet abstrahatur posse fieri. Mala transactionis vero inferunt, vt necessarium & malo supposito, sed ex corruptione ipsarum rerum & ita est de iure naturali.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, quòd licet non sit incorruptibilis quoad esse secundū determinationes quasdam positiuas, tamen est ita per se nōn deficibilis: secundū, ita ex se accipit virtutem ab illarum in positiuum potest determinare ius naturæ: ius naturale non dependet à positiuo, nec quæ accipit virtutem ab illo: sed potius ius positiuum dependet à iure naturali, & ab illo accipit virtutē. Et ita nō est mirū, quod ius naturale determinetur per voluntatem contrahentium, & per leges positiuas Ecclesiæ. Fortium etiam est dicta legem naturæ, & unum supponit diuisionem rerum, quæ est de iure humano, videlicet, de iure gentium & quod istis conferunt non in traditione, est de iure naturali, & tamē supponit obligationes, quæ est de iure positiuo & humano.

¶ Ad tertium argumentum aliqui tenent oppositum, quòd præceptum de matrimonio reuocatum est, & ratione, quòd hoc præceptum à principio mundi obligabat omnes, & similiter prohibitionis omnes fœminas præter fœminam propagationem prolis humanæ, cessante fine fœminæ propagationem illud præceptum reuocatum est, ita tenet D. Bonauentura in 4. distinct. quæst. 1. articulo. 3. & Abulensis super cap. 19. Matth. quæstione. 19. ad secundum. ¶ Verum tamen est, quòd hoc præceptum, cum sit præceptum naturale, neque est reuocatum, nec reuocari potest, nec mutari. Hæc enim tria sunt, primo, non præcepta naturalia sunt immutabilia, reuocari non possunt, & tanta durant, quantum ipsa natura, vt docet D. Thom. in 2. 2. quæstione. 94. articulo. 5. sed præceptum de matrimonio, ut iam dictum est, est naturale, ergo ¶ Secundo. Præceptum de matrimonio dictum est ordinatum ad propagationem speciei, & si modo esset

A possibilitati hominis, obligaret præceptum de matrimonio, ergo modo etiam obligat, nam rationabile est dicere, quòd quando adest necessitas, est præceptum, & quando nō adest necessitas, cessat: hoc enim adscribitur stabilitati & perpetuitati naturæ. ¶ Tertiò. Præcepta naturalia de iustitia & misericordia, obligant quando non habet homo potestatē reddendi debitum, & quando sunt propinqui, quibus tenetur succurrere, ergo idem est dicendum de præcepto naturali matrimonii.

¶ Vnde ad argumentum dicendum est, B quòd semper obligat & nunquam mutatur, verum est, quòd hoc præceptum obligat pro tempore necessitatis, & non obligat pro tunc, inde tamen nō sequitur, quòd præceptum de matrimonio sit mutatum & mutatum formaliter loquendo, prout erat præceptum de matrimonio, quatenus aliquo modo exprimit mutationē, igitur si ōs diceretur præceptum de matrimonio prout obligabat omnes ante sufficientem propagationem speciei, obligat nunc modo obligabat enim propter propagationem C speciei, & si modo desset illa necessitas, modo etiā obligaret. Et ex dictis soluitur secundum argumentum principalis dubii.

¶ Ad septimum argumentum dubium est, ad quodnam præceptum Decalogi reducatur præceptum de matrimonio. Ad hoc quidam dicunt, quòd reducitur ad præceptum de amore sui, quia est præceptum ad præceptum Decalogi, nam conservatio speciei ordinat relati ex amore proprio, ipso quo desiderat conservare ipsam in esse, nam cùm non possit perpetuo conservari in individuo, intendit conservare proprium esse eo modo, quo potest, scilicet conservando speciem. ¶ Alij vero dicunt, quòd reducitur ad præceptum de non occidendo, nam licet ille qui in extrema necessitate non succurrit patienti illum, dicitur occidere illum, secundum illud Ambros. Si non pauisti, occidisti, ita qui in extrema necessitate non committit matrimonium propter conservationē speciei, dicitur occidere. ¶ Alij vero dicunt, quòd hoc præceptum reducitur ad præceptum de dilectione proximi, nam conservatio speciei & illius multiplicatio relata sunt ad bonum proximi, & ita modus dicendi videtur probabilior.

Ad

AD octauum arguitur sic. Videtur quòd de essentialibus huius præcepti, non obligent omnes, & videtur quòd non obligent omnes in particulari. Primo arguitur. Quia non videtur ratio quare hoc, quam illud contrahatur virginem, ergo.

¶ Secundò arguitur in doctrina D. Th. in hoc articulo, vbi expressè dicit, quòd hoc præceptum obligat communitatem, & non singulos in particulari, idem videtur docere D. Thom. 1. 2. quæstione 152. artic. 2. ad primum.

¶ Tertiò probatur ratione. Nam ea, quæ sunt necessaria ad Reipublicæ, habet esse se oppositionem, vt patet, nam vt ibi dicitur, ad bonum ciuitatis est necessaria contemplatiua, quæ habet oppositionem inter se, vt videtur dicere Diuus Thomas in articulo, sed in eodem singulari non potest esse inclinatio ad opposita, ergo præceptum de oppositis, vt manifestè constat, ergo.

¶ Quartò. Sicut in esse naturali est necessaria conseruatio speciei, ita in esse supernaturali necessarium est quod sint Sacerdotes, & quod conficiatur Eucharistia, & de virtute est præcepta in Ecclesia, secundum illud Hoc facite in meam commemorationem, sed hoc præceptum non obligat singulos in particulari, sed solum Respublicam Christianam, ergo eodem præceptum de matrimonio. Minor est manifesta, maior probatur. Nam nullus in particulari tenetur esse Sacerdos, neque conficere Eucharistiam.

IN oppositum est Primo, quia D. Tho. in solutione ad primum expressè dicit, q in opere necessario obligatório sunt obligati in particulari, ergo præceptum illum de se singulos obligat, nisi forte excusentur pro tempore quo non est operabile, nō tamen pro tempore necessitatis, ergo.

¶ Secundò arguitur. Præceptum de matrimonio est maxime naturale, vt dictum est, sed naturalia communia sunt habentia naturam naturale enim dicitur, vt dicit vltimo de anima, ergo obligat singulos in particulari. ¶ Confirmatur primo. Nam matrimonium ad conseruationem speciei, communis est omnibus hominibus, magis enim inclinat hoc ad conseruationem speciei quam ad peccata, ergo præceptum de matrimonio singulos homines obligat. ¶ Sed contrà obijcitur. Omnes homines in particulari habent de ipsa natura principia proxima & immediata ad conseruandam speciem, & ad contrahendam matrimonium, ergo signum maximum est, quòd tale præceptum obligat omnes, siquidem nulla sit prouida in hoc re, tanquam in re minimè necessaria.

¶ Tertiò. Præceptum de conseruanda pace singulos obligat in particulari, ergo etiam præceptum de matrimonio, quod ordinatur ad propagationem speciei. Antecedens est notum, consequentia vero probatur. Nam magis necessaria est propagatio speciei & vnio diuersi generis humani, quàm vnio partis, & præceptum de conseruatione partis definitum est & ordinatum ad bonum commune, sicut præceptum de matrimonio.

¶ Quarto. Nam præceptum de matrimonio, vt ratio supra dictum, est præceptum affirmationis, præceptum verò affirmationis est de actu singulari ad actus singulares exigit singulare subiectum, vt constat, ergo præceptum de matrimonio respectu singularis suppositi non obligabit. ¶ Et confirmatur ab oppositorum. Nam omne præceptum contrariatur transgressioni, vt constat, sed habitualis transgressionis non potest esse subiectum actu contrariandi, sed suppositum particulare, ergo etiam suppositum particulare est subiectum obligationis præcepti. Minor probatur. Nam si contrariatur esset primitiuum subiectum, ad singulos homines pertineret peccatum.

IN hac difficultate & propter hanc argumenta pro vtraq. parte posita, sunt variæ sententiæ inter Doctores. Prima sententia est Magistri Scoti in 4. dist. 26. q. vnic. art. 2. quam etiam sequuntur multi Thomistæ, qui dicunt, quòd hoc præceptum de matrimonio non obligat omnes in particulari, sed totum communitatem & collectionem illam. Ad cuius expositionem aduertit cum D. Tho. in hoc articulo, quòd ea quæ sunt necessaria, sunt in duplici differentia quædam sunt necessaria propter conseruationem individui, vt sumere cibum, quædam verò sunt necessaria ad conseruandam, vt agricultura, & ars ædificandi, & aliæ multæ artes. Ea quæ sunt primi generis præcipiuntur omnibus in particulari, quilibet enim in particulari tenetur sumere ci-

bum si conferentiam propriam. Fatendo quia sunt secundi generis non obligant singulos in particulari, sed communitatem ad hoc agendum illo præcepto: & ita illi præceptum in communitate de ordine, & de confirmanda Eucharistia. Dicunt ergo illi auctores, quòd præceptum de matrimonio, est præceptum secundæ classis, & ita non obligat omnes in particulari, sed Respublica cum sit communitas & hunc sequentem videtur tenere Caietanus 2. 2. quæstione 113. articulo 1. Durandus in 4. distinctione 26. quæstione 1. Scotus in eadem distinctione quæstione 1.

¶ Secunda sententia est aliquorum Theologorum, & est illis præcedenti, & consistit in tribus dictis. Primum dictum est, quòd præceptum de matrimonio, primò & per se obligat publicam potestatem. Et ratio huius dicti est, quia finis matrimonij est bonum commune, sed publica potestas per se respicit bonum commune, ergo præceptum de matrimonio per se obligat publicam potestatem: & ita dicunt, quòd primo parenti fuit impositum hoc duo præcepta, alterum de multiplicando & conservanda specie: & illud primum præceptum impositum est Adæ tanquam singulari supposito, secundum vero impositum est illi tanquam principio generis humani, & tanquam potestati publicæ, & ita potestati publicæ tenetur matrimonij ritus servare & obligantes sub sanctione prohibere, & si necessarium fuerit ad matrimonium compellere. ¶ Secundum dictum est, quòd pollet multiplicationem generis humani, quam si nullam diligentiam de novo adhiberet, potestas publica cum consilium, à transgressione huius præcepti. Ratio huius dicti est, quia finis naturæ elongans per voluntatem particularem liberam, sicut ego excusor à præcepto eleemosynæ respectu alicuius pauperis, si aliquis alius paratus sit largiendo illi eleemosynam. ¶ Tertium dictum est, quòd illud præceptum de matrimonio obligat finem quemcumque humanum remotissimum, vel quòdcumque humanum voluntarium facit ad naturalem posteritatem: vel quando id præceptum rationabiliter publica potestas, nunc sicut publica potestas tenetur prohibere Respublicam de militibus & alijs officijs necessarijs, & si non efficit, qui ipsorum se offerentes, possit

A principes parentibus eorum ad id compellere, & ipsi coram eum obedire: ita etiam publica potestas compellere ad matrimonium quando opus fuerit, & ipsi tenentur obedire, & secundum illam sententiam possent responderi ad argumenta facta, quæ militant contra illos, qui pollet dicunt.

ibi vera cognitio est, vbi quę dicuntur 1. par.
quæst. 84. præcipue articulo 4. ibi de-
finitur, q̄ pertinet ad perfectionem ecclesiæ
Christi Domini præsentis in particu-
lari & in specie materiæ & formæ sa-
cramentorum nouæ legis. Minor vero pro-
batur. Nam ecclesia Romana nullam istam
materiam cognoscit, quamuis scire eam
quæ Christus Dominus dixit, & ita ecclesia
Romana non assignat in particulari &
in specie materiā & formam matrimonij.

¶ Quarto arguitur. Si quæ esset materia
& forma huius sacramenti, esset eadem ex-
pressio cum sensu vtriusque contingit, vt
dicit expresse D. Thomas in hoc articulo, sed
illa cęterorum expressio nō habet rationē ma-
teriæ & formæ, ergo nihil habet rationem
materiæ & formæ. Consequentia est bona
& minor probatur, quia eo ipso quod aliquid
eadem res in eodem genere causę habet ra-
tionem causæ & effectus. Consequens aūt
est contra dicta eorum Philosophorum,
ergo sequela probatur. Verba enim cęremo-
gia habent rationem materiæ in ordine ad
verba alterius, & quare habent rationē for-
mæ & similiter verba alterius, ergo eadem
res in eodē genere causæ habet rationem
& effectus.

¶ Secunda sententia est, q̄ materia hu-
ius sacramenti sunt nonnulli interni cō-
trahentium, verba autem quæ explicant
istum consensum habent rationem formæ.
Hanc sententiam tenet Caietanus q. 60.
art. 1. quæstiuncula 1. ad 1. primum, quem
sequitur & Navarrus in Manuali ca. 22.
num. 20. & probat in ejus tractatu de Spon-
salibus, videlicet consensum & formam, & pro fide
sponsi seu habitudine sive consensum, pro for-
ma vero verba deputata ad explicandum cō-
sensum, quod si quis dicat Caietanus, quod
materia huius sacramenti debet esse signū
sensibile, consensus vero internus nō est sen-
sibilis, ad hoc dicit, quod ipse non dicit, quod consensus interni sponsi
non cadat sub aspectum sit materia, sed ut
explicatus per verba, & ut explicatus, ha-
bet rationem signi sensibilis, & Caietanus
non adest pro hac sententia aliquam ratio-
nem. Probatur tamen tali ratione: Nam q̄

Glossa. huius sententiæ de Sponsalibus.

quæ-

perficitur & determinatur ab alio, habet ra-
tionem materiæ, illud vero quod perficit &
determinat, habet rationem formæ, sed pro-
batum est, determinare & perficere per ver-
ba, ergo habet rationem materiæ, & verba
rationem formæ. Minor patet, nam sicut
locutio interna in ratione signi habentis se
in ordine ad aliud, determinatur per verba
vocalia dicta ordinem ad aliud, sic per
verba. ¶ Confirmatur hæc ratio ex D. Tho.
in hoc articulo ad primum & secundum, nam
ad secundum dicit, quod licet in penitentia
quæ actus hominis sunt materia hujus
Sacramenti, ita etiam in matrimonio, ad pri-
mum vero expresse dicit, quod verba ex ma-
teriam sint formæ, ergo inquit D. Tho.
quod in matrimonio verba sint formæ, &
actus & assensus interni sit materia. Pro-
batur consequentia, quia alias ipse ad secun-
dum diceret, q verba sint materia, sicut
ad primum dicit, quod sint formæ.

¶ Tertia sententia est communis, q mate-
ria hujus Sacramenti sint verba, forma vero
est intentio contrahendi, & hæc sententia so-
let tribui Majori in 4. dist. 26. quæst. 1.
Hæc sententia probatur. Nam illud est ma-
teria, quod est magis perfectum, & ré de-
terminabile per aliud, illud vero forma,
quod est magis perfectum & determinans
aliud, sed verba sunt quid magis perfectum,
quam consensus, id consensus est quid spi-
rituale, verba vero materialia, & verba de-
terminantur per consensum, ergo materia
sunt verba, consensus vero forma. Hæc sen-
tentia pro sui tuenda communi doctrina
assentiendum, licet videatur esse quid sensi-
bile, nam forma non est Sacramentum, sed
materia, materia autem signum sensibile
est, constat, verba sensibilia.

¶ Quarta sententia est, q materia hujus
Sacramenti sunt corpora contrahentium,
vel potius ea quæ se invicem tradunt per
verba expressiva consensus. Hæc opinio
est Paludani in 4. dist. 26. quæst. unic. 2.
& Adriani, quæst. 1. ad 2. variat tamen in
assignanda forma: dicit enim, formam hujus
Sacramenti esse continuam contrahentium
explicationem per verbalia vel alios actus.
Hanc sententiam tenet Cajetan. opus 4. De-
cretal. parte 2. num. 2. Palacios in 4. dist.
26. part. 1. ¶ Probatur hæc sententia. Primo,
quia in quolibet Sacramento quæ legis ne-
cessarium est assignare materiam & formam

A distincta, nè quis unquam erret, sed realiter
ut dant res, hoc autem illorum non patet,
nisi secundum illam significationem ergo. Ma-
jor patet ex Concil. Florent. decretum Eugenii
quarto Armen. ubi postquam dixit, septem
esse Sacramenta Eccles. æ, affert, quod
omnia illa inter se conferunt scilicet relationem
quam materiæ, actibus, ut formæ, & personæ
ministri: ubi videtur aperte dicere, q materia
debet esse res distincta a verbis, quæ
sunt forma. Minor vero probatur. Nam in
matrimonio quatuor possunt considera-
re, scilicet, personæ contrahentes, mutua
sui traditio, unitio quæ exprimitur per
consensum, & denique vinculum quod effi-
cit. Vinculum vero cum subsequatur ad Sa-
cramentum non potest habere rationem
nec formæ nec materiæ, unitio autem consi-
derata, non potest esse materia nec forma, sed communi-
ter dicuntur forma, ea ratione qua explici-
unt efficiens, & continent illos, unde non
potuerunt confundi, esse materia realiter
distincta a verbis, si sint homogeneitas exi-
gi forma sint ipsa verba consensum osten-
dentia, materia autem sint personæ contrahen-
tes, & sic illorum in hoc Sacramento, quod
materia sit realiter distincta a forma.

¶ Secundo arguitur ex Pala. Ni in ma-
trimonio aliis contrahibus in quibus tradun-
tur res diversæ quæ eadem habet rationem
materiæ, verba vero quibus traduntur, habet
rationem formæ, ergo in hoc contractu, ubi
traduntur personæ, habent ille rationem ma-
teriæ, verba vero rationem formæ. ¶ Con-
firmatur prima. Nam secundum illum mo-
dum dicendi facilius intelligitur, quidnam
sit materia & forma hujus Sacramenti & fa-
cilius explicatur, quod dixit Concil. Flo-
ren. ubi supra, & non est necessarium recurrere
ad hoc q eadem re habeat rationem ma-
teriæ & formæ. ¶ Secundo confirmatur ex
doctrina D. Thomæ in quæst. 49. artic. 3. in
argumento. Sed contra, ubi personæ con-
trahentes ponat materiam Sacramenti, ergo
Hanc sententiam sequitur multi ex discipulis D. Thomæ.

¶ Quinta sententia est, quod materia &
forma hujus Sacramenti sint actus externi
sensibiles contrahentium. Hanc sententiam
tenet D. Tho. in 4. dist. 26. quæst. 1. minist.
ad primum & secundum, & hanc sententiæ
quatuor expositores adhæsisse videntur, quos
refert Capreolus loco immediate citato. Pri-

ma explicis est, quod verba prioris certi- A
qui loquentis sunt materia, exigua, possi-
bilis vero habens rōnem formæ actuum
& determinantis priora verba. Secunda ex-
positio est communis opinio expressa alle-
gatam sententiam, scilicet in secunda sententia
Alias expositiones videre in Capreolo, non
enim allegantur, quarum nō est necessa-
rium, & hoc illarum est expositio Magi-
stri Vidonis, & Scotis 4. distinct. 1. quæst. 1.
art. & dist. 26. quæstiuncul. Illi enim ar-
gumenta explicant D. Tho. ad hanc modum,
quod verba utriusq; contrahentis ubi fin
habent rationem materiæ & formæ mutuo
sese quidem, Secundō quod verba unius de-
terminant per verba alterius, sicut ver-
ba, Secundō quod verba unius determinant
verba alterius.

¶ Secta sententia dicit, quod materia B
huius Sacramenti sunt actus contrahentiū,
signa vero non sit tantum ex parte obiecti
tantum sed ex parte ministri ecclesiastici inqua-
que dicit hanc sententiam, quod forma huius
Sacramenti sunt aliqua verba, quæ necessa-
rio debent proferri ab aliquo sacerdote in
ministro proprio huius Sacramenti. Et est
finis in Sacramento penitentiæ, in quo
actus penitentis habent rationem materiæ,
Sacerdos vero sunt verba prolata a Sacer-
dote ministro ecclesiæ. Hanc sententiam ē
mens Magistri Cajetani celebrem de Sacrā-
tis in genere, par. 1. ad primum & libr. de
locis Theologicis cap. 5. & adducit pro hac
sententia Guilielmū Parisien. libro de Sa-
cramentis, tractatu de matrimonio cap. 2.
quæst. 1. addunt etiam pro se patres Con-
cilij Colonien. ubi agunt de materia pro
expiatione, ubi dicitur, aliud esse ministeri-
que sit matrimonium, & aliud quo effici-
tur Sacramentum matrimonii ad minus
enim Sacramenti debent esse duo. Ille fini ver-
ba consensus, sed quod requiritur ex-
quod Sacram nubere consēsit etiam Ma-
gister Cajetanus, quod hæc sententia est Pala-
dicti supra, dicit etiam quod quidā mi
& formam obtinent contrahentium matrimo-
nii similiter, si non habeant pœnitentiam,
non sunt Sacrilegi, sic similiter infertur,
quod ipsi matrimonium non sit Sacramen-
tum nam si illi Sacramentū & recipiēnt
illud in mortali sine pœnitentia, esset pecca-
tum mortale.

¶ Hanc sententiam probat Magister Ca- A
jetanus multis argumentis. Primo probatur hæc
sententia ex D. Thomæ 4. dist. 1. quæst. 1.
artic. 1. ad quintum ubi dicitur, quod in ma
trimonio inquantum est in officium contra-
ctus, & in permanentia ut est status, non sunt
necessaria aliqua verba universaliter, tamē est
necessarium, ut est Sacramentum & requi-
runtur verba, ut dispensetur Sacramentum
per ministrum ecclesiæ, alii verbi inferun-
tur, quæ verba ministri ecclesiastici dispen-
santis matrimonium sunt forma matrimo-
nii: ut est Sacramentum: & in 4. sent. quæ-
stiuncula, ubi dicitur, quod Sacramentum matri-
monii, sicut alia Sacramenta, indiget ministro ec-
clesiastico.

¶ Secundo probatur. Quia opposita sen- B
tentia, quæ est communis, neque habetur
in Sacra Scriptura, neq; in traditione Apo
stolica, nec ulla ratione per quā deduci
consequentiam, ergo ad minus sententia
communis non est certa secundum fidem,
ac sabinde hæc sententia est probabilis.

¶ Confirmatur primo. Quia si hæc opi- C
nio non esset vera, non posset salvari quod
dicit Scotus, & quando matrimonium
non potest contrahi verbis, sed contrahi-
tur tantum per ritus, non sit Sacramen-
tum: quod autem hoc sit verum, patet ex
Concilio Florentino, ubi dicitur, quod
omnia Sacramenta novæ legis debent con-
stare verbis, ergo quando matrimonium
non constat verbis, non erit verum Sac-
ramentum (quod patet, nam ritibus hæc
Gentilium, sine his non perficiuntur Sac-
ramentum) ¶ Secundō confirmatur. Nam &
canones non antiquam, quando aliqui erant
sponsi per verba de futuro, sed alios ver-
bis de præsenti habentes copulam carna-
lem cum affectu maritali contrahebant ma
trimonium. Tunc sic, si verba sacerdotis nō
erant necessaria, sed tantum expressio con-
sensus sequitur, quod copula carnalis esset D
Sacramentum. Consequens est falsum, ergo
Sequela patet. Nam copula carnalis esset
expressio consensus.

¶ Tertio arguitur. Alius Sacramentalis
est alio loco, ergo requiritur materiam Sa-
cram & formam Sacram ac Sacerdotis matri-
monium contrahens sine ministro Sacro,
quorum si matrimonium, non erit Sacra-
mentum: & hoc patet in omnibus Sacra-
mentis, quæ semper perficiuntur per mi-

nistrum

(1) Prum locum, nihil probat, etenim loquitur in casu necessitatis, & semper valebit Ecclesiæ præsens formam. ¶ Confirmatur primo. Quando sacramentum celebratur sine ministro ecclesiæ, constabit vt quidam existimant ex Scriptura & traditione & verba ipsa non esse posse habere rationem formæ. Quod patet primò, nam forma indicans ab agente, cum debeat esse superadditum, verba non possunt esse superadditum. Secundo confirmatur, quia forma sacramenti non debet esse superadditum, verba vero prolata à celebrante sunt materia. Tertiò constat, quia forma sacramenti semper significat aliquem effectum supernaturalem, verba vero contrahentium non significant aliquid supernaturale. Quarto constat, quia forma sacramenti immediate refertur ad Christum, & determinat, ut ita vocã, quæ præsentialiter à contrahentibus fiunt in matrimonio, non fiunt relatæ à Christo, nec sunt determinans sed vnum, ergo. ¶ Secundo confirmatur. Quando aliqua verba fiunt ex parte formæ, tunc si loco verborum substituantur nutus, vel alia signa, actus ille nullus est, & non constat verum Sacramentum, vt patet, in baptismate & in aliis Sacramentis, at vero si loco verborum contrahentium ponantur nutus, vel alia signa externa, confectum verum matrimonium etiam inquantum Sacramentum, ergo illa verba non sunt forma, sed potius debet esse aliquid ex parte materiæ ecclesiæ. ¶ Confirmatur tertio. Sacramentum supponit pro materia, sed Sacramentum matrimonij sunt verba contrahentium, vt explicata conferens patuit, ergo talia verba sunt materia: ac subinde non habent rationem formæ, nam materia & forma debent esse realiter distincta. Minor constat ex doctrina Divi Thomæ, in multis locis citatis à Magistro Cano, præcipue hic, ad secundum. & est communis omnium Theologi. ¶ Quæ tò confirmatur, quoniam recentiores Theologi in explicanda materia & forma huius Sacramenti, fere adeo varij & diversi, vt pedibus illam sententiam ridere probabilem.

¶ Quinto arguitur. Contrahentes matrimonium hic Indiæ non existimant se esse Sacerdotes & si peccato mortali contrahant, ergo existimant esse matrimonium non esse Sacramentum, sed enim existimare si esse Sacerdotes / impedit eam vali-

A peccato mortali contrahant Sacramentum, & colligo. ¶ Et confirmatur hoc argumentum ex consuetudine aliquarum ecclesiarum, vbi erat consuetudo vt aliqui peccatores occulti, qui ad Ecclesiæ sacramentalem confessionem non accedebant, quod illi qui contrahebant clandestinè, non præmittebant confessionem sacramentalem peccatorum ante matrimonium, pulchrum quando in tali ecclesia contrahebant, sacramentaliter, ergo signum eligere & celebrare, quod vbi matrimonium non erat Sacramentum.

¶ Quinto arguitur ex communi sententia Patrum antiquorum, qui referuntur in quæst. 3. & specialiter citatur prima Innocentij primi, qui respondens consulenti, vbi contrahentes clandestinam incapacitatem vnius ex Ecclesiæ filijs, nescit habere vnam copulam, ergo signum matrimonium fictum est, quod tale matrimonium fictum sine merito peccetur, vt ibi Sacramentum.

¶ Sexto arguitur. Ex opposita sententia sequitur matrimonia clandestina ergo hæc sententia non est tenenda. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Nam ex illa sententia primo sequitur, quod qui contrahebant cum gratia ex opere operato, quod videtur manifeste falsum. Secundo sequitur, quod mulier sit matrimonium contrahens, si quidem mulier profert verba, hoc autem manifeste falsum est, ergo.

¶ Septimo arguitur. Nam ut perficiatur Sacramentum matrimonij, est necessarium, vt ministri habeant intentionem faciendi quod facit ecclesia, vt patet ex Concilio Florentino in decreto de vnione Armenorum, quam do vir & femina sine Parocho in occulto contrahebant, non habebant intentionem illum, sed soum habebant intentionem faciendi contractum, ergo non conficiebant veram Sacramentum. Consequentia est bona, minor probatur. Quia non habebant intentionem formalem, aut virtualem, ergo non habebant intentionem. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Et quod non habebant formalem, patet quia non habebant expressum actum, voluntatem faciendi, quod facit ecclesia. Quod non virtualem, probatur. Nam intentio virtualis præsupponit aliquam intentionem præcedentem formalem, sed non habebam formalem, vt probatum est, ergo neque virtualem.

¶ Oc-

¶ Obiicit Argentinus. Scilicet poſt Concil. Tridentinum vocabulum eſſe Sacramentum, quod ſit aliquid materiale proſequens aliquam ſignificationem de Noſtro ſit dicto: Sacramenta novæ legis, cap. 2. Sacramentum proprie dicitur illud, quod ita fit, ut ſpiritualem quandam ſanctitatem, vel rationem ſignificet, propter hoc dicitur, ego vos baptizo in aqua in nomine Patris & vel dicit illa verba ſecundum nostram partem. Et quæ Argentinus. Vel illa verba quæ dicit facienda ſunt vera, vel falſa, non falſa & ſine fide, ergo vera. Sed ſecundum poſt Concil. Trident. fides eſt vere ac realiter sanctificari, & vetus illum hominem exuere.

IN hac aſſumptione ut noſtram replicemus, eſt prima concluſio. Certum eſt ſecundum fidem quod Sacramenta novæ legis ſint compoſita ex rebus, & verbis, & materia & forma, & oppoſitum eſt error, ſi pura humana ſuperſtitio compoſita ex materia & forma. Secunda concluſio habet duas partes. Quantum ad primam partem probatur prima. Nam in Concilio Florent. loco ſuperius citato dicitur, quod omnia Sacramenta novæ legis conſtant rebus ut materia, & verbis ut forma, ſed de fide eſt, quod Sacramentum aliquod legis, ut ista probatum eſt, & in hoc conveniunt omnes, licet varient in aſſignanda materia, & forma, ergo certum eſt ſecundum fidem, quod Sacramentum novæ legis conſtat ex rebus & verbis, & materia & forma.

¶ Secundo error eſt noſtri temporis dicentis, quod aliqua Sacramenta non ſint Sacramenta novæ legis, vel dicentis, quod Sacramenta non conſtant rebus & verbis, materia & forma, vel dicentis, quod Sacramentum non eſt ſignum ſenſibile conſtans ex rebus & verbis, ergo eſt error ſignum ſenſibile neceſſario componens de materia. Et confirmatur hoc argumentum. Nam omnia alia Sacramenta novæ legis conſtant rebus & verbis, materia & forma, ut conſtat inductione, ſed certum eſt ſecundum fidem, quod matrimonium eſt unum Sacramentum novæ legis, ergo conſtat ex rebus & verbis, & materia & forma.

¶ Tertio probatur hæc pars. Nam omnes Scotiſtæ & Theologi dicunt quod Sacramenta conſtant ex materia & forma, & ratio eſt quia materia & forma ſunt ſufficientes cauſæ, quamvis ſint ſignificativa, ergo.

¶ Secundo pars concluſionis probatur. Nam (ut communiter dicunt Theologi) etiam ſpirituales non ſunt unius & diſtinctæ ſpecialis materiæ & formæ habentes Sacramenti, & illa ſententia ſua ſit probabilis, ergo non eſt certum ſecundum fidem quod Sacramenta ſint compoſita ex materia & forma.

¶ Advertendum tamen eſt circa primam partem primæ partis, quod ea ſententia Durand. aſſerit, quod hæc, baptizo te in nomine Patris, ſit falſa, vel ſaltem non ſufficiens, nihil omnino fidem ſonare videtur, nam accipitur ut conſignificans omnino cum re ſola, & nomine nudæ vocis intelligitur ſonus ex, quæ aptus & vocis propriæ & caret. Certum tamen tenetur in hac parte, quoniam ſolum ſermo ſignificans ad placitum modo loquendi Concilium & Sanctorum patrum & ſcholaſticorum ſignificat omnes dicunt quod Sacramenta novæ legis conſtant rebus & verbis. Ita quæ in 3. parte ſuæ ſententiæ.

Secunda concluſio. Certum eſt non ſunt materia propria hujus Sacramenti, ſed ſunt materia remota & disparata. Hæc concluſio eſt contra quartam ſententiam. Et probatur hæc concluſio quantum ad primam partem. Nam materia proximalis ſacramenti eſt de eſſentia illius, cujus quod ſupponit pro illo, ut patet in omnibus aliis Sacramentis, ſed nullus eſt ſermo quod ſupponat pro ipſa ablutione, ergo ablutio non eſt de eſſentia materiæ proximalis, & idem eſt in omnibus aliis Sacramentis ſed considerando non eſt de eſſentia matrimonii, talis quod Sacramentum matrimonii ſupponat pro ipſo contrahentes, ut patuit conſiderando ipſa contrahentes non ſunt materia proxima hujus Sacramenti. ¶ In confirmatione argumentum, Nulla materia prima alicujus Sacramenti eſt illa ex qua talis compoſitur & perficitur ipſum Sacramentum, ſed non potest in omnibus aliis Sacramentis materia proxima baptiſmi eſt ablutio ſi-

nium ex ablutione solum componitur & efficitur baptismus, & sic in alijs sacramentis: sed sacramentum matrimonij nullo modo videtur componi & perfici ex ipso contrahentium actu, ut ab aperiente, ergo materia proxima sacramenti matrimonij non sunt ipsi contrahentes.

¶ Secunda vero pars conclusionis probatur: Prima. Materia remota & circa quam contractus matrimonij sunt ipsi contrahentes, sed contractus ipse matrimonialis est ipsum sacramentum, vt sæpe dictum est, ergo materia remota huius sacramenti sunt ipsi contrahentes. Consequentia est bona, maior probatur. Nam illud est materia remota & circa quam, in quolibet contractu quod traditur per talem contractum, vt patet in traditione qua videtur constituere quasi actum ex qua, & circa quam est materia remota, & circa quam, sed in contractu matrimoniali ipsi contrahentes traduntur per talem contractum, ergo ipsi contrahentes sunt materia remota, & circa quam.

¶ Secundo probatur hæc pars: Illud est materia remota, & circa quam, in quolibet actu & habitu, circa quod versatur vltimo actus vel habitus, sed actus contrahentium versantur circa se ipsos, tradendo scilicet, & recipiendo mutuo corporum, vt constat: ergo ipsi contrahentes sunt materia remota, & circa quam. Consequentia est bona, & minor est manifesta in certis huiusmodi habitibus & actibus.

¶ Tertiò probatur hæc pars: In Ecclesia se ponitentiæ materia remota, & circa quam, sunt ipsa peccata confitentis, quemadmodum actus pœnitentis qui sacramentum recipit, & actiones illius versantur circa peccata, confitendo illa, dolendo de illis, & detestando illa: sed similiter actus contrahentium qui recipiunt hoc sacramentum, versantur circa corpora eorum, confitendo in matrimonio ac contra, & explicando per signa externa illam traditionem, ergo ipsi contrahentes sunt materia remota & circa quam, huius sacramenti.

¶ Tertia conclusio. Materia proxima huius sacramenti sunt actus contrahentium & expressiones sensibiles, quibus ipsimet declarant sibi contrahentes suos consensus. Hæc conclusio est expressa D. Thomæ hic in Additione ad secundum, & eam tenet Magist. Scotus in 4. dist. 26. quæst. unic. & eam sequuntur fere omnes Theologi præsertim ex schola Divi Thomæ: non est enim illi qui tenent oppositum, sententiæ, consentiendi in hac conclusione.

¶ Hæc conclusio probatur primò ex communi sententia omnium Theologorum, nam ipsi omnes consentiunt in hoc, quod materia proxima huius sacramenti, sunt expressiones sensibiles ipsorum contrahentium, ergo hæc sententia omnino tenenda est.

Secundo probatur conclusio. Nam (vt sæpe dictum est) sacramentum matrimonij est quid prædicatum de illa expressione sensibili, & de contractu ipso externo, sed sacramentum matrimonij, non quodcumque sacramentum prædicatur de sua materia proxima, ergo illæ expressiones sunt materia proxima huius sacramenti.

¶ Tertiò probatur hæc conclusio efficaciter, quod nulla alia quæ intervenient in hoc sacramento, non possunt dici materia proxima, ac sibi debita: nunc autem proxima debent esse illæ expressiones sensibiles. Ita patet consequentia: quidquid potest esse habitus, non potest esse materia proxima, vt quasi sua subiecta sive materia in qua sacramentum recipitur, non enim quæ nihil facere extra non constat ex ipsa contrahentium sacramentum vero debet constare ex materia proxima, non dicimus quæ nihil non prædicatur de ipso contrahentium hoc sacramentum vero constat ex materia proxima, & prædicatur de illa: sed non intentiones & contractus mutuales, & oblationes, quæ omnes non sunt per se sensibiles, sed sacramentum habitus expressionis exteriores sensibiles, materia vero proxima sacramenti debet esse per se sensibilis, vt patet in baptismo, in confirmatione, in sacramento, ergo materia proxima solum sunt expressiones sensibiles. Itaque in sacramento matrimonij illa est materia proxima, alia vero remota, sunt in aliis sacramentis notæ legis: in sacramento enim baptismi materia remota est aqua, aliquo vero proxima, & sunt in sacramento pœnitentiæ, materia proxima ex qua constat sacramentum, est confessio, remota vero peccata: in sacramento matrimonij materia proxima sacramenti sunt expressiones sensibles contrahentium circa eorum vero sunt materia remota.

¶ Ex hoc colligitur ratio à priori, quare sacramentum pœnitentiæ iterari potest circa

ea libros

ta illam materiæ peccantem, ita ut si diffe-
ctam sacramentum, quotiam circa illæ pec-
catum multiplicari possunt actus peccatis
di, Elicet confessio, contritio, confitendo
iterum peccatum, & detestando illud, quæ
sunt peccatum quod est materia remota,
semper potest magis ac magis detestari, &
potest iterum bene confiteri: sacramentum
vero matrimonii circa eadem personas non
potest multiplicari, quoniam materia pro-
xima sunt expressiones externæ consen-
sum, quæ actuantur circa ipsa corpora, tan
quam circa materiam remotam, tradendo
ipsa corpora, & quia non potest esse, nisi
vnica traditio corporis circa vnum & eun-
dem personam: ideo sacramentum matri-
monij circa eadem personas multiplicari
non potest.

¶ Adhuc dictum est de materia huius sa-
cramenti. Nunc restat, vt dicamus de for-
ma Sacramenti matrimonij, & consequenter
dicemus etiam de ministro huius sacra-
menti. In quo quidem est duplex difficul-
tas. Prima est de forma quæ est de ratione
matrimonij in ratione sacramenti, an debeat
esse aliqua forma probata à Sacerdote: quæ
quidem disputatio etiam habet locum ante
Concil. Florent. & Trident. an vero forma
contrahentium in actibus ipsorum contrahentium.

¶ Quarta conclusio ad explicationem hu-
ius rei, probabile sit, quod ante Concil.
Tridentinum etiam post Florentinum, & etiam
ante ipsum, fuit de necessitate matrimonii
in ratione sacramenti aliqua forma ex par-
te Sacerdotis, sicut in omnibus aliis Sacra-
mentis necessaria est aliqua forma ex parte
Sacerdotis, potissimum in illis quæ consi-
stunt in vsu & applicatione materiæ. Hæc
conclusio ponitur contra Magist. Soto in
4 dist. 26. quæst. 2. art. 3. vbi dicit, quod an-
te Magistrum Cano nullus fuit, qui defen-
deret hanc sententiam, licet quidam alii di-
stinctionem illam, vnde dicit esse necessariã
sententiam. Probatur conclusio Nam Ma-
gist. Cano addicit pro se multos Doctores
& argumenta probabilia: & ante Concilii
Tridentinum nullum fuit decretum eccle-
siæ, quod contineret, quod hæc sententia
erat improbabilis: ergo non est ita dicenda
illam improbabilitem præcipue, cum relpon-
sio Magistri Soto ad Concil. Florent. quod
pro se addicit Magist. Cano, secum contine-
at, quod hæc sententia non erat diffini-

ta in Concil. Florentino tamen continetur,
quod non sit probabilis. Item argumentum
quo Magister Soto probat illam sententiam
temerariam, non concludit. Argumentum
autem erat tale. Quia nullum erat decre-
tum ecclesiæ aut aliquorum Sanctorum ante
de Concil. Triden. quod dicat, matrimonium
clandestinum non esse celebratum sacramen-
tum, ex quod fuit illæ sacerdote proferente
verba hoc requisitum argumentum non con-
cludit. Magister Cano nõ dicit, quod hæc sententia est de fide, sed quod est proba-
bilis.

¶ Quinta conclusio. Etiam est probabile,
quod ante Concil. Florent. fuit necessaria
præsentia sacerdotis ad matrimonium in ra-
tione sacramenti, licet non fuerit de neces-
sitate sacramenti aliqua forma à Sacerdote
posita. Hæc sententia probabilior est, quã
sententia conclusionis præcedentis, & hanc
obiectionem possent aliqui viri docti ponere
tempore: & hæc conclusio probari potest
ex Concil. Florent. in loco sæpè citato, imõ
ex Concil. Triden. Sessio. 24. de reformatione matrimonii, cap. 1. vbi dicitur esse ne-
cessariam præsentiam sacerdotis ad matri-
monium, non tamen potuit necessariam esse
aliquam formam ab ipso Sacerdote prola-
tam, requisitã de necessitate sacramenti: sed
tanquam de solemnitate, ergo hæc conclu-
sio est vera, & propter hoc decretum hæc
sententia est probabilior quam præceden-
tem dicimus.

¶ Sexta conclusio. Longè probabilius est,
quod etiam ante Concil. Trident. non fuit
ex necessitate sacramenti aliqua for-
ma ex parte ministri Ecclesiastici: & quod
non fuerit necessaria præsentia sanctæ
ecclesiastici vel alterius sacerdotis de neces-
sitate sacramenti. Hæc conclusio probatur.
Primo. Si fuisset necessaria talis forma vel
præsentia sacerdotis ecclesia hoc declaret
ante Concil. Trident. vt quid necessarium,
cum pertineret hæc doctrina ad sacramen-
tum matrimonii, quod est vnum de sacra-
mentis ecclesiæ, sed neque in Concilio Flo-
rentino, neque in antiquioribus Conciliis
& decretis hoc declaratum est ab ecclesia,
ergo non est necessaria talis forma, vel præ-
sentia sacerdotis.

¶ Secundo probatur conclusio. In illis ca-
remonijs forma quæ profertur à Sacerdote
significat effectum sacramenti, sed effectum

huius sacramenti sufficienter significatur per verba vel signa contrahentium, vt constat manifeste, ergo non est necessaria, vel fuit alia forma vel praesentia sacerdotis. Probatur consequentia. Nam in sacramentis illud solum est necessarium, quod requiritur ad significandum effectum sacramenti.

¶ Tertio probatur conclusio. Sententia Magistri Cani supponit, quod ante Concilium Tridentinum erat validum matrimonium in ratione contractus, quando fiebat à contrahentibus per verba de praesenti, non tamen in ratione sacramenti sine forma prolata à sacerdote hoc autem fundamentum est falsum, ergo. Minor probatur. Nam sine forma sacerdotis illi contrahentes per verba de praesenti efficiebant verum coniugium, ergo quando accedebant verba sacerdotis, potius manifestabant talem contractum, nam ista facta erat ratione vinculi, ergo ab faciebat verum matrimonium, ac subinde sine sacramento, nam quilibet non facit matrimonium, non facit sacramentum matrimonij, sicut qui non facit baptismum, non facit sacramentum baptismi: nam sicut sacramentum baptismi baptismus est, ita sacramentum matrimonij matrimonium est.

¶ Quarto. Nam quinto ecclesia decreta ut matrimonia clandestina quamquam tamen censuit esse inualida ante Concilium Tridentinum non distinguebat in illa contractum validum à sacramento, sed sicut censuit esse valida in ratione contractus, ita censuit esse valida in ratione sacramenti & ita de facto Concilio Tridentino loco immediate citato, idem iudicium facit de matrimonijs clandestinis in ratione contractus, & in ratione sacramenti, dicens, quod antiquitus fuerunt valida, & modo non sunt valida, ergo in ratione sacramenti, neque in ratione contractus facimus dicemus, ergo.

¶ Quinto probatur ex doctrina expressa D. Thomae hic ad primum, vbi expresse dicit, quod verba vel signa contrahentium habent rationem formae, & infra quaest. 45. artic. 1. in corpore, & ad secundum vbi expresse dicit, quod verba sacerdotis tantum sunt de solemnitate matrimonij. & quod verba contrahentium exprimentia consensum sunt de essentia matrimonij in ratione sacramenti,

¶ Obiicitur. Quia in re tam grauis quaestio est doctrina sacramentorum, nam vel alius Doctor Salmanticensis est credibilis, quod asserit

A vt veritatem contentam in hoc loco in ratione sacramenti, sententia autem contraria, vt sententia D. Thomae, ergo.

¶ Secundo. Quia Concilium Florentinum agens in speciali de matrimonio, neque dat signum aliquem alium materiale, neque alium formam praeter consensum contrahentium, regulariter per verba explicatum, qui quidem effectus verum matrimonium, ergo inquit: Concilium quod in sacramento matrimonij nullus est alius necessarius minister ecclesiasticus, neque alia forma necessaria, sed ipsi contrahentes habent locum ministri, & ipsi assumunt rationem materiae & formae tum ex illo loco Apostoli doctrinam de fide tenendam ab Armenijs, tum ex rationabili, quod ibi loquatur de matrimonio verum, vt est quidam contractus naturalis, sed possumus de matrimonio vt sacramento: sicut loquimur facere de caeteris alijs sacramentis in particulari.

¶ Septimo concluditur certa huius sacramenti essentia matrimonium in ratione sacramenti consistere in verbis contrahentium, vel in signis externis quibus explicant mutuum consensum. Et haec est vera sententia modo & sine omni comparatione dicit expresse D. Thomas primo loco, & omnes discipuli D. Thomae communiter loquendo.

¶ Primo probatur argumentis factis pro praecedenti conclusione, nam contra illam militant, ergo.

¶ Secundo probatur. Nam Christus Dominus instituit huius sacramenti, contractum matrimonij elevavit ad rationem sacramenti, ita quod illud quod habet rationem contractus habet rationem sacramenti, vt patet dicendum: sed ratio contractus essentialiter consistit in verbis vel externis signis contrahentium, vt explicant mutuum consensum, ergo ratio sacramenti essentialiter consistit in eisdem verbis vel signis sub eadem ratione.

¶ Tertio. Nam illud est materia & forma in quolibet sacramento, quod determinat & determinatur, sed expressiones contrahentium determinant & determinantur, ergo expressiones contrahentium sunt materia & forma.

¶ Sed vt melius explicetur haec sententia, Magister Soto in 4. distinct. 26. quaest. 2. art. 1. dubitat, quod haec sententia D. Tho-

mae

duplicem habet expositionem. Prima ex-
positio est, quod explicite primi commu-
nicantis habet se ut materia, explicite verò
secundi habet se ut forma. Et hanc rei est
accommodatissimum exemplum in rebus
naturalibus, in metallis, & quibusvis mixtis.
Nam ut traditur in Metaphysica, aliqua
res dat speciem mixto & est forma ut
actus, alia verò pertinet ut pura habens se ut
materia: quorum non est dare aliquem in
particulari, quantum ad formam mixti, sed
solum in communi aliquam materiam, vel dici
similiter in proposito aliquam explicite con-
trahentem, sine qua fieri sacramentum, dum ta-
men sacramentum matrimonij; explicite ve-
rò præcedentis habet se ut materia. Hæc ta-
men expositio patitur aliquam calumniam,
nam posset aliquis dicere, quòd ambo simul
explicitum constituunt, & unus est unum sa-
cramentum matrimonij: & non est vnum
ad, quare explicite unus magis sit forma &
alius. Item non explicitum contrahen-
tium, quantum ad hoc sunt simul, quidlibet ha-
bens se ad matrimonium sacramentum, ut opi-
nat dictus Durand. ergo non est ratio
quare unus sit magis forma, quam alter.

¶ Vide in secunda expositione, quòd dicit
duas expressiones consentientes mutuum
se habere ut materia & formam, scilicet hoc
est inconveniens, vt alibi in exemplis na-
turalibus, & etiam supernaturali ut. In na-
turalibus quidem, non in eadem re sunt ex
existentes simul duo, & simul concurrentia
mutuum se determinant, & mutuum se ha-
bent, ut materia & forma. Item in rebus arti
ficialibus, artificiata ipsa mutuum se habent
ut materia & forma, non si aliqua figura ob
ponatur ex figura circulari & quadrangu-
lari, mutuum se determinant, & se habent ut
materia & forma, & non est ratio quare
unus sit magis forma, & alius, ut æqualiter
se habeant ad constitutionem illius fi-
guræ. Et denique ut exemplum in sacra-
mentalibus in Sacramento Eucharistiæ, in quo
partes illius sacramenti cum sint formaliter
tali partialiter, & cum sint materiales, videli-
cet una species panis & vini, concurrunt ad
constituendam integram sacramentum Eu-
charistiæ, & tamen una pars non se habet ut
forma respectu alterius, sed mutuum se ha-
bent, ut materia & forma, & mutuum se de-
terminant: non enim est major ratio quare
una sit magis forma, & alia, ut æqualiter
se habeant ad sacramentum Eucharistiæ
nec difficilius in proposito explicitum
consentiens mutuum se determinare, & se
habere ut materia & forma, & hæc est legi-
tima huius rei expositio.

¶ Et ad maiorem illius expositionis cla-
ritatem, quòd in matrimonio duplex
traditio est, & duplex inde recepta: nam
mulier tradit seipsam viro & recipit virum
& vir tradit seipsum mulieri, & recipit illa.
igitur si explicite viri considerentur in ratio-
ne traditionis, habet rationem formæ, & ha-
bet rationem partis, recepto vero ma-
terialiter se, ut materia, & ut passibile,
& ita non æqualiter se habent ad sacramen-
tum matrimonij: contra vero si explicite
mulieris considerentur in ratione traditionis,
habet rationem formæ, & recepto viri ut
materia: & ita invicem se determinant, &
similiter se habent ut materia & forma.

¶ Ex dictis sequitur, quòd in Sacramento
matrimonij dari expressionem, vel duo
Sacramenta partialia, ut supra dictum est,
in quibus explicite non reperiuntur ra-
tio materiæ, & formæ, aliter quòd in quali
bet expressione reperiatur ratio materiæ &
formæ respectu illius: quod supra optimè
explicatum est.

¶ Vltima conclusio Post Concilium Tri
dent non videtur mihi probabilis sententia
Magistri Caroli sed tenenda est, tametsi
certum, & non requiritur forma ex parte
mulieris ecclesiastici, etiam in ratione Sacra-
menti: verum tamen est, quòd requiratur
præsentia sacerdotis ad matrimonium, non
solum ratione Sacramenti verum etiam in
ratione contractus. Hæc conclusio proba-
tur primo ex Concilio Tridentino Sessione 24.
capit. 1. de reformatione matrimonij, ubi
pulchrum Concilium præcipit, quod fiant pu-
blicæ admonitiones in ecclesia, & quòd
fieri impedimentum procedatur ad con-
trahendum in facie ecclesiæ, & expressis &
declaratis consensibus viri & mulieris, dicit
sacerdos, ego vos in matrimonium conjun-
go, vel similia verba secundum antiquam pa-
trum traditionem habeat, quæ si forte esset aliqua
suspicio, quòd matrimonium dici non vere sup-
dum, si fieri possit adhibeantur, possunt
præmitti ad arbitrium Ordinarii & tunc
illum per simile parochum & duobus vel tri-
bus testibus celebretur matrimonium. In
prima parte huius dicunt Concilium præ-

ceptum obligaret ad faciendas illas denunciationes, & ad proferendā illa verba, ego vos coniungo, vbi placet dicit, quod proferre illa verba, ego vos coniungo, pertinet tantum ad solemnitatem. In secunda vero parte potest ea quæ dicit de necessitate sacramenti & hæc sunt expressiones consensus & præsentia parochi, & duorū vel trium testium, & hoc constat ex verbis Concilij dicentis: Qui aliter quam præsente parocho & duobus aut tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, sancta Synodus ad sic contrahendum inhabiles reddit, & hujus contractus irritos & nullos decernit: ex quibus verbis satis patet, quod non sunt de essentia necessitate sacramenti aliqua verba ex parte faciendi, quæ habeant locū sacramentum. Quod si quis dicat, q Concilium illo c. loquatur de matrimonio solum in ratione contractus, & non in ratione sacramenti.

¶ Confirmatur ex declaratione congregationis Cardinalium qui habent autoritatem interpretandi Conc. Tridētini cuius & hæc in quadam declaratione facta Episcopo Salamantino, q verba faciendo non pertinere ad substantiam sacramenti matrimonij. Declaratio vero ita habet. Rome 6 Iulij. Dominus Libellus hic amplectendus non omnino perfectus, in quo nonnulla continentur pertinentia ad contractum matrimonij spectantia, proponitur hic in sacra congregatione Cardinalium, interpretantium Concil. Tridēn. præfectorum: Quorum hæc fuit sententia. Non pertinere ad substantiā matrimonij sacramēti, vt parochus aliqua verba proferat: vbi dare & aperte dicunt nostram sententiam, ergo.

¶ Secundo arguitur contra hoc, & plenior conclusio ex dictis contra sententiam Abelum, nam Abelus existimat se contrahere matrimonium etiam in ratione sacramenti, etiam si faciendo nulla proferat verba, sed tantum se præsens, ergo matrimonium veram habet rationem sacramenti, etiam si faciendo nulla proferat verba.

¶ Confirmatur primo argumento. Nam Concil. in illo cap. loquebatur de matrimonio etiam in ratione sacramenti, vt constat ex contextu, & ergo potuit tangere aliquid necessarium ad rationē matrimonij, q faciendo proferat aliqua verba, vt constat ex ipso c. ergo verba faciendo non habet rationem sacramenti. ¶ Confirmatur secundo. Nā congregatio Cardinalium Concil. Trident. in explicatione eiusdem capitis declarauit q matrimonium est validum, si faciendo se præsens etiam per violentiam, & si nulla proferat verba, neq. aliquid faciendo tamen si non alij duo testes, et infra dicemus ergo matrimonium verum habet rationē sacramenti sine aliqua forma ex parte faciendorum ergo illi verba non habet rationē sacramenti, vel etiam ipsum Concilij loquatur de matrimonio solum in ratione contractus principaliter, verum, vt dixim dicetur, longe probabilius est, quod omne matrimonium inter fideles baptizatos habet veram rationem sacramenti. Quod ergo si necessaria præsentia sacerdotis, qui sit proprius parochus vel alius de licentia parochi, vel ordinarii, non solum ad rationem sacramenti, sed etiam ad rationem essentialem, constat ex solem capit. Concil. Tridentini. & de hac præsentia parochi & testium dicemus infra, quæstione quadragesima quinta. ¶ Ex hac declaratione colligitur, quod licet modo expressionum verborum consensum non habeant matrimonium formæ & materiæ, nisi cum aliquo modo ad præsentiam sacerdotis. Ratio est, quia quantumcunque exprimamus consensum, si sacerdos non sit præsens, non est verum sacramentum matrimonij, neque est vera ratio materiæ & formæ illius.

QVibus positis, respondendum est ad omnia argumenta facta pro sententiis adductis in principio. ¶ Ad argumenta prima opinionis respondetur. Ad primū argumentū prima solutio est, quod illud argumentum procedit secundum primam expositionem Doct. Thomæ adductā à Magistro Soto, in qua dicitur, quod verba vnius contrahentis, se habet, ut materia verba alterius, vt forma, nam enim in regula liter se haberēt. Ceterū hoc argumentū nō habet vim contra secundā expositionem, quæ vtique est, quia secundum illam expositionem verba contrahentium se habēt ad inuicem, vt materia & forma, & vt determinans & determinabile, & ita habēt se æqualiter coniuges & verba proferendo. ¶ Secunda solutio est secundum primam expositionem, quod licet verum sit, quod æqualiter se habeant ad constituendum matrimonium, quamvis vna ratio aliquando habeat rationem formæ, altera materiæ, quoniam alia

vnica de se poterat habere eandem rationē formæ, non diuersificet expeditiuè cognitionem de se: aqualitèr se habet ad multa genera, licet contingat, quod eadem forma repugnet in vna expeditione & nō in alia: quemadmodū alia etiam poterat habere rationem formæ, si conferentur solum diuinæ illuminationi. Ad confirmationem responderet ex dictis ad argumentum.

¶ Ad secundum argumentum respondetur, & simul respondetur ad instantiam, q̄ eodem modo sacramenta in nouo lege nō nō eodem modo applicantur in ecclesia Dei respectu omnium sacramentorū, sed sicut ipsa sacramenta sunt magis & minus necessaria in recipiendo cognitio ipsorum sacramentorum est magis & minus requisita in ecclesia catholica & in fide, & ita cum sacramenta nouæ legis, non sint tantæ necessitatis, sicut reliqua sacramenta Christus Dominus nō reliquit ecclesiæ suæ tam exactam cognitionem horum sacramentorū, licet reliquerit de eis aliquam notitiam sicut legis cum alijs. Et quoniam simile Aristoteles quemadmodū non est vnius scientiæ philosophiæ, vnūquod habere rationem materialem cum ceteris omnibus libris, de quibus habetur practicalem scientiam. Vnde horum sacramentorum quælibet est materia & forma in generali & in communi, vt patet ex Concilio Florent. in particulari vero non eiusdem materiæ quælibet, est materia conueniens ipsorum & diuersa, quæ est manifestè manifestius quæ ista differentia est a nobis in præcedentibus. Et per hoc respondetur ad confirmationem.

¶ Ad tertium argumentum respondetur quod Christus Dominus tantum tenuit in specie materiam & formam horum sacramentorū, nondū tamen nobis reuelauit per libros, quæ tam sit materia & forma horum sacramentorū, sed opinantur multi Theologi de hac re.

¶ Ad quartum argumentum respondetur, quod non est inconueniens, quod duæ res sint sibi inuicem causæ in eodem genere causæ, sed diuersificatum rationem causæ materialis quidam moderni Theologi & parum hoc in alio intellectum, qui respectu intellectus se habet, vt actus & forma, & forma et intellectus respectu actus eiusdem se habet, et sic per secundum eandem rationem non præterpere hoc habet veram quando forma non est materia, sed materiæ; tunc

A enim non debet recipi in materia: sed ex eo dicitur illam formā, quia ab extrinseco illam aliquo modo determinat: dicitur vero materia respectu illius, non quia in se recipiat illam, sed quia determinatur ab alia: quare adhuc contrahimus quā rationem explicare nouam traditionem, & receptionem, immo se determinant, vel sunt extrinsecè: & ita possunt habere rationem materiæ & formæ secundum diuersas rationes.

¶ Ad argumentū secundæ opinionis respondetur, quod sacramenta nouæ legis non debet habere, scilicet, quod sit dispositionale, & quod sit sensibile secundum se, quia talis materia est solum sacramentum tantum quod secundum se est sensibile: confessio autem interior, licet sit quid determinabile, non tamen est sensibile secundum se, & ita non potest esse materia huius sacramenti, quæ debet esse sacramentū tantum. ¶ Ad confirmationem respondetur, quod D. Thomas hic ad primum & secundum, expressè dicit, quod materia & forma huius sacramenti sunt prolationes verborum & expressiones conceptuum interiorū, quæ per signa exteriora objiciuntur: & ita non loquimur de actu materiæ, qui secundum se non est sensibilis.

¶ Ad argumentum tertiæ opinionis respondetur, quod confessio interior non potest esse forma sacramenti, quia forma huius materiæ debet esse sensibilis secundum se, ad hoc forma sacramenti non sit ipsum sacramentum, cum sacramentum supponat pro materia tabulationem tamē ipsa materia est sacramentum tantum, ex eadem ratione quia sit forma, & ideo necessarium est, quod ipsa forma sit quid sensibile secundum se: licet confessio interior secundum se non sit aliquid perfectum, quia ipsa mentis cum sit aliquid spirituale, verba vero sint aliquid materiale sensibilis: tamen non habet rationem formæ, nisi habet rationem determinabilis, determinatur enim ipsa mentis per signa exteria.

¶ Ad argumentū quartæ opinionis respondetur. Ad primum respondetur, q̄ quamuis in Concilio patuit propositio vniuersalis, quod omnia sacramenta nouæ legis per sumitur exibet, non tamen eodem modo debet intelligi de omnibus in particulari verum quidem est, quod in quocunque sacramento exigitur hæc res, sed eadem

quo repetiantur in singulis non est neces- A
sarium per propositionem universalem, sed
per propositionem particularem, qua tra-
ctant de quibus Sacramento ab eodem
Concilio, & potest in diversis tractatibus diffe-
rens repetitio realiter distincta in alio
sacramento, tamen ubi agit de hoc Sacramento
in speciali, non potest illa res distincta reali-
ter, unde non debemus inculpare, q res
vera & forma in hoc Sacramento distinguan-
tur realiter, sed sola ratione formali & simi-
liter non debet esse distinctio ab ipsis con-
trahentibus. Tertio hoc constat, nam in
Concil. Florentino agit de hoc Sacramento, so- B
lum in fine Concilij effectus matrimonij est nu-
merus consensus regulariter expressus per
verba, ubi prius consensus sola mente &
personis declarus. Dubium tamen est an
Concil. Florentinum intendat & formam huius
Sacramenti vocarit eandem effectui ipsius
matrimonij. Respondet Magist. Sancti loco
allegato art. 2. quod Concil. praesupponit
pro certum, quod materia & forma huius Sa-
cramenti sunt verba vel signa externa, unde
ea tantum eandem efficientem matrimonij,
ut dicunt, quod in hoc Sacramento mate-
ria & forma non petuntur ab eandem, si-
cut in aliis Sacramentis, sed penitus ab re-
cipiente & sunt actus ipsius contrahentis,
sicut in Sacramento penitentiae materia pe-
nitentis ab institutione & est actus penitentis.
Posset tamen dicere & opinor, q Concil.
dicit esse eandem efficientem, materiam
vinculum est causa simplex & constitutiva,
quae subsequitur ad contractum, & est fe
matter materialis, ut infra dicemus q. 44

¶ Ad secundum argumentum respondeo- C
tur, q illud contingit, quod personae con-
trahentes sunt immediate remota, & circa quam
huius Sacramenti non cadit contrahi, q sit
materia proxima tantum etiam in alio contra
dicens res quae traduntur per contractum non
sunt materia ex qua proxima, sed materia
remota: materia vero proxima horum con-
tractuum sunt ipsa verba & signa externa.
¶ Ad confirmationem primam respondeo
tur quod bene sequitur illud inconveniens
ibi delignatum, & ad posterius respon
detur, quod licet matrimonium differt ab
aliis Sacramentis in hoc, quod si quidi con
tractibilis circa hoc est magnum incon
venium, quod in contractu eidem sit materia
ex qua possimus & in qua recipimus ipsos

tractus huiusmodi non repetimus contra- D
hentes consentiendo non repetimus, quia
homo remanet ipsum, non sic homo
est materia ex qua, possumus talis rem
nis, seu materia circa quam nascitur homo
non est ipse contractus. ¶ Ad secundum con-
firmationem respondetur apud D. Thom.
ibi loquitur de materia circa quam huius Sa-
cramenti, ut facile colligitur ex corpore
articuli.

AD argumenta sexta sententia respo-
detur. Ad primum argumentum re
spondetur, quod D. Thom. intelligi-
tur de mutuo consensu huius Sacramen-
ti, & de mutuo consensu dicitur ex pre-
cepto ecclesiae, sed non de necessitate Sacra-
menti, dicit D. Thomas hoc enim primi,
& quae ad secundum, idem indicant.

¶ Ad secundum argumentum respondeo-
tur, quod illud argumentum solum probat,
quod non erat certum secundum fidem an-
te Concil. Trident. quod non requiritur
mutuus ecclesiasticus de necessitate Sacra-
menti, & ita dicimus, quod illi opponitur
Magistri Conclusio probabilis ante Con-
cil. Tridentinum modo vero non existimamus il-
lam probabilem. ¶ Ad primam confirma-
tionem respondetur, etiam probare, quod
non erat certum de fide, quod esset Sacra-
mentum matrimonium quod solum fiat
verbis per alia signa externa. Post Concilium
Tridentinum si maneremus alia ipsa dicta de
necessitate Sacramenti & nomen alia con-
dimus, certum est, quod matrimonium
inter praesentes contrahentes sive verbis per
signa tantum existentia, semper habet ra-
tionem Sacramenti matrimonii. ¶ Ad secun-
dam confirmationem respondetur, quod
non est absurdum aliqua inconvenientia non
cedere, quod ante Concil. Tridentinum per ipsa
verba de futuro, accedente copula carnali
cum effectu matrimonii, esset verum Sacra-
mentum, sicut verum matrimonium: tum
alias ille externus qui explicatur consen-
sus interior, illicitum est, & contractus non
esset irritus, post Concil. vero Tridentinum
in illis dijs non est verum Sacramentum, ut
quo verus consensus matrimonii, non ad
missionem quod non sit sum paroche &
testibus annexatum est in Concil. Triden-
tino, in recipere contrahentes.

¶ Ad tertium argumentum respondetur
quod alia sacra quae reperiuntur in aliquo Sa
cramento,

ratione, vt ibi facta non indiget ministro A
sacro: sed ratio quare dicitur sacra & sacra-
mentum est, quia ab aliquo a Christo per
aliquam exhibitionem ad esse sacramenti vsque
legis, & consequenter ad esse supernaturale
hoc, & hoc contingit in sacramento
baptismi ministrato à laico in casu necessita-
tis, vbi tamen actio ipsa ex qua est quasi ma-
teria non fit sacra nisi in hoc sacramento vi
huiusmodi verborum dicitur actio sacra, quia
elevata ad esse supernaturale. Verum est,
quòd est multum conueniens hoc sacra-
mento, vt interueniat ministri sacri, vt ex
clarissima, sanum per malum, ergo a fortiori
votum castitatis rescindit sponsalia, & hoc arguit
eo modo D. Tho. hoc immediate tamen.

IN hac difficultate sunt variæ sententiæ
Doctorum, quas refert Sylvest. verbo
Sponsalia q. 7. quæ certè habent ali-
quantulum tam quatuor, duæ primæ
& duæ medie. Prima sententia extrema est
affirmativa, quod votum castitatis dirimit
quæcunque sponsalia. Hanc sententiam te-
net D. Th. ibi sup. Ricardus de Media Vi
la 4. distinct. 27. art. 3. quæst. 4. eandem tenet
Scotus dist. 27. quæst. 1. art. 3. D. Anton. 3.
part. tit. 1. cap. 11. §. 20. Secunda senten-
tia extrema est, quod votum castitatis non
dirimit sponsalia. Hic tenet Villorin, quod
sequitur malè discipuli illius. Tertia sen-
tentia medio est, quod sponsalia iurata non
dirimuntur per votum castitatis, iurata ve-

D

B

C

D

10

ab eo. Hanc sententiam tenet Maior 4. dist. 27. q. 1. ad secundum. ¶ Quarta sententia est, q̃ sponsalia facta non tantum dirimuntur ex parte eius qui vouit castitatem non tantum ex parte voventis, ita q̃ vouens castitatem post sponsalia, manet obligatus ad sponsalia, non tamen qui non vouit. Hanc sententiam tenet Sylu. loco ſu pra citato, ponit enim quod qui vouit castitatem post sponsalia, si non habeat animũ ſpecialem religionem ꝓpter matrimoniũ & dat iuramentum alteri ſponſo.

¶ In hac re principium probandi consistit in hoc, an illud votum factũ post sponsalia sit licitum & validum, nam si sit licitũ & validum, cum sit incompatibile cum obligatione sponsaliorum dirimuntur sponsalia. Quod verò sit licitum patet ex rationibus factis in 2. argumento in oppositum. Vide de his opiniones tu etenim est.

¶ Prima conclusio. Vhicunq; sententia sub hac lite probabilitate quatum ad hoc q̃ dicit, q̃ rescinduntur sponsalia ex una parte & non ex alia, inconveniens ad omnia videtur improbabile. Probatur primo. Nã si sponsalia rescinduntur ex una parte, simpliciter rescinduntur ex vtraq; parte, nam sponsalia dicunt unam relationem ex vtraq; parte sicut matrimonium, ergo. ¶ Confirmatur. Sponsalia quæ dirimuntur quantum ad non fornicationem, simpliciter dirimuntur ex vtraq; parte, quoniam est vinculum matrimonii ergo si sponsalia dirimuntur quantum ad non fornicationem, simpliciter rescinduntur ex vtraq; parte. ¶ Secundo probatur, Sylueſter in ſua ratione pro principiante, dicit enim q̃ ille qui vouit castitatem post sponsalia, facit iniuriam alteri hoc autem est falsum, nam in illo contractu semper intelligitur conditio, ni si alter voluerit remittere ad meliorem statũ, ergo. ¶ Vltimo. Improbabile est dicere, q̃ qui vouit castitatem post sponsalia, si non habet animum ingrediendi religionem, peccet mortaliter, nam in seculo potest seruare castitatem, quamuis non habeat animum ingrediendi religionem, ergo.

¶ Secunda conclusio. Licèt ista sententia habeat probabilitatem quã ſequitur, non tamen caret probabili dubitatione. Prima pars declaratur primò. Nam si aliqua ratio in illa sententia esset vera, maxime quia iuramentum sponsalium tenetur primo directe, hæc autem ratio nulla est, aliæ sequentes q̃ per votum simplex religionis non dirimunt sponsalia, quod est contra tenentes eam, ergo. ¶ Secundò probatur. Nam in c. Ca. com c. constitutum, de sponsal. non probatur illa sententia, nam ponitur illud ca. non loqui de voto castitatis, vt patet in præcedenti capitulum enim non aliud casum obligat, quando loquitur aliqua utilitas alterius sponsi, vt dictum in prima dilucidatione, ergo.

¶ Vltima conclusio. Secunda sententia quæ affirmat, quod votum simplex castitatis nõ dirimit sponsalia, est probabilis. Prima ratio dicit, q̃ de iure communi, ita communis probabilis sententia. Prima pars patet, argumenta facta primo loco, & auctoritates Doctorum qui illam tenent. Secunda vero probatur argumentis factis secundo loco, & præcipue auctoritate D. Tho. qui expresse tenet hanc sententiam.

¶ Ex hac sententia sequitur primo, quod votum post sponsalia aliqua facta vtrum in matrimonio, vel duodecim annorum, vel ordine, tale votum non dirimit sponsalia de futuro, nã quamuis hæc non sit de meliori bono, nõ tamen minus bonum in suo aliqua perfectionis incompatibili cum matrimonio, vel autem ordinem sortitur bonitatem in illa perfectione, qui quidem status non est compatibilis cũ matrimonio. Quod si quis dicat, sequitur ex dicto, quod si aliquis velit permanere in statu casto propter finem di castitatis sine aliquo alio, & per tale propositum dissolvantur sponsalia, nã tale propositum continuit hominem in suo perfecto & incorruptibili de matrimonio. Respondetur negando consequentiam. Nam tale propositum si non firmatur voto, non ob stringit hominem in aliquo statu ex his qui determinantur de ordine, nam datum in ea quæ loquendo, dixit aliquam firmitatem & obligationem in divinis in 3. libro sententiarum distinctione. ¶ Secundò sequitur, quod quando alter sponsus post contractum sponsalia vouit castitatem, alter qui non vouit, tam potest intellectum potentiæ alteri nubere & manet liber. Ratio est. Nam per hoc quod alter vouit, nihil est ordine ad hoc.

¶ Ad argumenta primo loco facta respondetur. Ad primum & secundum respondetur, quod dicunt falsum est. Ad tertium videtur, q̃ quamuis verum sit, q̃ per votum sponsalia de futuro non tollantur, tollentur per aliquam perfectionis

quale

quale est vanum exhibitio, & vocō simplex religiōis quod nō est mere spirituale, sed reducitur ad mixtum spirituale.

¶ Ad vltimum respondetur quod licet duo qui contrahunt matrimoniū exhibitum, nō obligentur in suo consensu ad sponsalia, si vero in foro exterior. Nigetur, talis sententia ferebatur in falsa præsumptione præsumitur enim quod talis nō teneatur mortem ei illatus quia religiosus: sententia autem quæ ferebatur in falsa præsumptione, non obligat in foro conscientiæ.

C. fin. c. si inter. cap. adolescentes de sponsal. c. 1. de sponsa duorum

A

B

Secunda causa quare dirimuntur sponsalia etiam iurata, est matrimonium subsequens de præsenti cum alia contractum. Ita diffinitur cap. fin. & cap. si vero & in cap. adolescentes de sponsalibus & cap. 1. de sponsa duorum. Cæterum circa istam causam aduertendum est, quod si vir contrahat matrimonium dissolues sponsalia, & postea mortuus vxore sua, teneatur desuncta vxore contrahere matrimonium cum prima si possit & ipsa velit, iuramēto firmato sponsalia. Tum quoniam defuncta vxore tenetur ad implendum fidem & seruandum iuramentum, à quo obligationem ex sponsalibus vxore, quæ non potest ad simplex votum castitatis emittendum, matrimonium vero illi seruare: ergo similiter tenetur seruare fidem datam & iuramentū. Dic (præcipue si iuramēt sponsalitij) quod etiam si non teneatur ratione contractus præteriti, teneatur propter honestatem in casu. Verum est, quod si talis vir matrimonium susceperit ex vxore defuncta, ad vt nō posset obligandi illa ducere, si fecerit vxorem ducendo, aut esset ita senex vt nō esset ad matrimonium, nō teneretur contrahere hoc autem est per accidens, per se tamen hoc præcepto tenetur.

¶ Tertia causa propter quam dirimitur sponsalia extra iurata, est impedimentum affinitatis superueniens, vt si vnus sponsorum contrahat cum cōsanguineo alterius intra gradus prohibitos. Hæc est diffinitio cap. vltimo, & 4. casu huius de eo qui cognouit consanguineā sponsi & cum 6 qui, 1. 27. q. 2. & idem omnino est, si superueniat quodlibet aliud impedimentum quod impediat matrimonium, vt si vir publice de tali impedimento & scandalum in diffi-

Ca. vltimo. 2. & 3. casu huius de eo qui cognouit consanguineā sponsi.

C

D

cultate matrimonium contrahendi, vel si fecerit votum castitatis, vel religionis, aut aliquod aliud impedimentum superueniat, quod impediat matrimonium, ita vt contrahens sponsalia non teneatur ad illa seruanda, quia nō tenetur ad impossibile. Et hæc causa est communis omnibus sponsalibus, & ideo non est necessarium de ea plura dicere.

Ca. vltimo huius.

¶ Quarta causa est solitus & consuetudo contrahendi, quod tractantes inter se sponsalia fiant iurata. Nam si tractantes hoc de industria in locum consuetudinis, & ita contrahentes possent transire matrimonium contractum. Item, nam ex tractatu qui ex natura sua est dissolubilis, ex solemnitate annexa dissolui potest, sed contractus sponsalitius ex natura sua est dissolubilis, ergo ex voluntate contrahentium dissolui potest. Minor patet in casibus contrahibus matrimonia propter, quibus contractus matrimonialis ex natura sua est indissolubilis, quia nō ordinatur ad bonū coniugium. Denique, vnusquisque potest cedere iuri suo propter in his rebus, quarum bonus est dominus per voluntatem huius ergo stante quod ipse per suam voluntatem potest omnino velle ea ri suo. Hoc diffinitur in cap. 1. de sponsal. & hanc sententiam tenent omnes Theologi & Iurisperiti.

C. 1. de sponsal.

¶ Quinta causa, propter quam dirimuntur sponsalia, est grauis infirmitas, vt lepra, morbus Gallicus, & alia huiusmodi fœditates, & propter aliquem deformitatem grauem propter vtilitatem occidentem, aut cæ.

¶ Nota tamen quod si hæc accidant sponsalia & ignorantur ab sponso, ante diem nuptiarum in tali contractu, non cessat sponsalia esse obligatoria alterutri sponsi, & tale matrimonium habetur difficulter ratum. Item, quæcunque res est obligans aliquem ut velit habere perpetuam cum vna sibi odiosa. Hæc causa habetur cap. in ecclesia de consanguinitate, & cap. quamuis de iureiurando.

Ca. in ecclesia de consanguinitate

¶ Sexta est propter quam dirimuntur sponsalia, est fornicatio alterius sponsi. Ita diffinitur cap. quemadmodum, de iureiurando. Ratio est: Nam tali credimus, quod est

et Spiritu ſanctiſſimo, imò tam integrè eſſe in Eccleſia, ergo eſt ſufficiens cauſa. Confirmatur: Nam naturaliter diſſolvitur per hominem quantum ad cohabitationem: ergo ſpecialiter diſſolvitur ſimpliciter, & ſic habetur Parq. concluſionis. Nam ſi vinculum naturale eſt tantum cohabitationis, diſſolvitur quantum ad illud per hominem: ergo ſpirituale, cujuſmodi eſt ſponſalium, diſſolvitur ſimpliciter & abſolutè. Hæc cauſa explicatur quando ſponſa eſt cognita tali per virum. Hæc ampliatio eſt contra Covarr. 4. Decret. part. 2. cap. 7. num. 9. ubi tamen hæc ampliatio diffuſiùs explicatur, quæſt. 2. & eam tenet Glo. in cap. 1. & cum ibi Doct. & Sylueſter verbo ſponſalia, q. 7. limit. ampliatum ad ſponſationem ante ſponſalia, ſi verò mulier verbotenus ſponſetur credatur viro, & ita eſt communiter tenendum. Ita ferunt. Ma giſter Sconq. dict. 27. quæſt. 2. art. 5. & Sylueſter ubi ſupra, & Navarr. in Manualicap. 22. num. 11. Et ratio pro hac ſententia eſt diuerſa. Nam conſilium eſt cogere ſponſum vt det ſibi cohabitationem. Et hæc etiam cauſa extenditur ad fornicationem ſpiritualem, ſi alter ſponſus diſcederet à Deo, de quo videre Magiſtrum Sconq. loco mox dicto, & Sylueſtrum in eodem loco, quæſt. 1. Hæc autem cauſa intelligenda eſt quo ad ſponſi innocentis pœnam ſpecialiorem diſſolutionem, nam ſi innocens alterum poſſit retrahere malitioſum, ille qui ſcit tenetur id facere.

¶ Septima cauſa eſt, quando alter ſponſus vergit & profectibiliter ad ætatem longiorem, quæ cum diſſolvitur ſponſalia, de quibus ſtatim ſic diſſeritur cap. 1. de ſponſalibus. Adnotandum tamen quòd in talibus caſu requirendus eſt ſponſus absentium ex peſtendus illum, quem præcedat, quòd poſſit tunc ſine loco ſe expedire, eſt per textum ibi, nec habetur l. 2. C. de repudiis & l. ſi pater. 11. l. 1. parrum 4. Si verò non poſſit ſibi expediri per literas, ut habetur l. 2. C. de ſponſalibus. Quòd ſi requiſitus deſerit eſſum caſum tam ducere ſponſa, debet illum præſtolari vſque dum poſſit caſu ire, ut habetur l. ſepe de ſponſal. & cum alijs legibus ibi ſitis & non abrogatis in iure Canonico, ſtrandæ ſunt in conſcientia, ut putat Sylueſter verbo ſponſalia q. 10. Verum eſt, quòd aliqui dicunt, quòd hæc lex non obligat in poteſtate. Videre Magiſtrum Sotæ, dict. 27. q. 2. art. 3.

¶ Octava cauſa, propter quam diſſolvitur ſponſalia eſt, quando in contractu ſponſalium apponitur tempus & cum ad contrahendum & ſolemnizandum die & tempore alter ſponſus non vult contrahere, tunc alter manet liber ad diſſolvenda ſponſalia, & diſſolutus cap. ſicut, de ſponſalibus. Cap. ſicut, de ſponſal.

¶ Nona cauſa, propter quam diſſolvitur ſponſalia etiam iurata, eſt, quando facta ſunt ſponſalia cum conditione, & conditio non adimpletur, vt ſi ſponſa promittit ſe ducturam, quam non potuit vel ſi vult adimplere tenetur diſſolutus cap. de illo, de eo diuerſas appoſitis. Nam eſt nulla fides non eſt data tanquam ſub conditione, quæ cum non adimpletur conditio non tenetur adimplere ſidem. Cap. de illo, de eo de appoſitis.

¶ Decima cauſa eſt propter defectum ætatis, v. g. ſi ille ſponſus vel vera ſponſa, ſed contrahentes ante nuptias impediti ad matrimonium ſecundum ſit, videlicet ante duodecimum annum in fœmina, & ante decimumquartum in maſculo, & ſic ſponſi non impediti in ætate tunc ſi alter reclamet, diſſolvuntur ſponſalia. Hæc cauſa habetur capite illo, & capite nobis, de deſponſatione impuberum ſi autem alter illorum eſt major, & in ætate nubili, debet expectare ſponſum minorem donec accedat ad annos puberes, & tunc poſſunt conſentire, non poſſunt ante diſcedere. Cap. de illo, ca. nobis, de deſponſatione impub.

¶ Undecima cauſa eſt, quando ſponſus gratis in principio ſuæ ſponſæ, vel aliqua poſtea vitia deteguntur, quæ antea latebant. Et hæc eſt communis ſententia Doctorum: contraria eſt, quòd non ſit in iſto matrimonio interitus malus error, & hæc ratio eſt conformis iuri in c. 1. & ſequenti de ſponſalibus.

¶ Duodecima cauſa eſt, Quælibet cauſa de nouo ſuperueniens ſponſalibus, quæ ſi à principio eſſet, impediret ſponſalia contrahenda: & hæc cauſa eſt de mente D. Thom. dict. 27. q. 2. art. 3. ad tertium. & hãc ſententiam ſequuntur omnes Theologi & iuriſperiti.

Circa illam & omnes alias cauſas ſuperueniens ſponſalibus, Vtrum ſit neceſſaria iudicis autoritas ad ſponſalia diſſolvenda, an verò priuata autoritate poſſint diuini.

¶Prima conclusio. Si sponsalia sint clam & occulte contracta, non est necessaria auctoritas iudicis ad illa dissolvenda. Hæc est communis sententia Doct. cum Adriano dict. q. 1. Richardo, Maiorica, D. Ant. ubi supra. Ratio est quia occulta sponsalia non subiacent iudicio exteriori, & alias est legitima causa ad illa dissolvenda: ergo non est necessaria iudicis auctoritas.

¶Secunda conclusio. Quando sponsalia sunt publica, necessaria est auctoritas iudicis, saltem ad melius esse. Ratio est, nã sponsalia publica iam habent in foro iudicio exclusa: ergo ut omnino in foro sit, requiritur ecclesiastica illa dissolutio.

¶Tertia conclusio. Quando sponsalia sunt publica, & causa iterum dissolvendi sponsalia est occulta, non est simpliciter necessaria ipsius auctoritas ad illa dissolvenda in foro conscientiæ, itaque non erit peccatum propria auctoritate discedere ab his sponsalibus, dummodo per id loquendo: quæ sponsalia dissolvantur tenenda in foro conscientiæ pro pœna culpæ contractæ: ergo si causa est occulta in eodem foro, non est necessaria auctoritas iudicis. Dico (per id loquendo) nam ratione scandali aliquando erit necessarium recurrere ad iudicem qui dissolvat sponsalia hoc tamen casu tanũ, cum ea sit publica & cesset ratio scandali.

¶Quarta conclusio. Quando sponsalia sunt publica, causa verò dubia est dubia siue in iure siue in facto, necessaria est etiã in foro cõscientiæ auctoritas iudicis qui per sententiam diffinitam tale dubium & dissolvat sponsalia. Ratio est, nam iudex deficit in fori contentiosi & debet confugere ad iudicem qui dixit Ariol. exhibit. cap. 4.

¶Vltima conclusio. Quando sponsalia dissolvuntur propter subsequens matrimonium cum alio contractum aut propter ingressum religionis, non est necessaria sententia iudicis pro dissolvendis sponsalibus, quia privilegium ipsis verò causam necessariam est, ut declaratoria super iure dubio, aut super facto dubio. Prima pars est D. Thom. ubi citatus art. 3. quam sequuntur omnes. Secunda dicit. Et ratio est quia in his duobus casibus ius ipsum est notũ, & dubium est reperiri, & manifestum, non tamen ita quod dissolutio sponsalium debeat fieri in foro exterior, ingressum item religionis sit tam solemniter, quibus pœnæ explicantur. Sententia declaratoria super iure dubio, quando dubium est de iure, ut in tertia causa dubitandi; declaratoria super facto est, quando constat de ipso iure, & quod est causa dissolutionis matrimonii. Dubium autem in tali causa tunc fit, quando facit fornicarium.

QVAESTIO XLIIII.

De matrimonii definitione.

DEinde considerandum est de ratione matrimonii. Circa quod quæruntur tria. Primò, verum matrimonium sit in genere coniunctionis. Secũdò, vtrum cõuenienter nominetur. Tertiò, vtrũ conuenienter definiatur.

DE hac materia Doctores in 4. dist. 27. & specialiter Magister Sent. q. 1.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod matrimonium non sit in genere cõiunctionis. Quæ enim coniungunt, differunt à coniunctis. Cum ergo fœmina coniungatur viro, videtur quod matrimonium differat à genere coniunctionis: ergo non est in genere coniunctionis.

¶1. Præterea. Omne sacramentum est sensibile, sed nulla relatio est accidens sensibile: ergo matrimonium cum sit sacramentum, non est in genere relationis, & ita nec in genere coniunctionis.

¶2. Præterea. Coniunctio est relatio æquiparantiæ sicut æqualitas, sed non est una vnitate æqualitatis relationis utrorumque extremorum, ut Aristoteles dicit, ergo nec una coniunctione: & sic matrimonium est in genere coniunctionis.

Quia

Dicendum est nullum relationem matrimonii esse in genere relationis.

SED contrà, relatio est secundum quam aliquid refertur, aliud enim non refertur nisi uxoris & uxor mariti uxor: ergo matrimonium est in genere relationis: & aliud quæ cōmunitas. ¶ Præterea. Vnio dicitur ad aliquid quando unum non fit nisi secundum coniunctionem ad alterum, ut Genes. 2. Erunt duo in carne una: ergo matrimonium est in genere coniunctionis.

RESPONDEO dicendum, quòd ex intellectu alicuius rem imperfecti, ex dependentia quæ est alicuius ad aliquid, ibi est aliqua coniunctio. Est autem quædam res ad aliquid quæ dicitur in ordine ad illud ad quod, sicut motus homini vel alicui ad suam utilitatem vel perfectionem existentis, ex qua dicitur coniunctio utilitatis ad suam vel perfectionis: & ideò cùm per matrimonium aliqui ad suam copulationem prolis & mutuum ad suam mutuam domesticam, constat quòd in matrimonio est aliqua coniunctio secundum quam dicuntur maritus & uxor, & talis coniunctio ex hoc quòd ordinatur ad aliquid extra, est matrimonium vel coniugium ad actum carnalem vel ad mutuum consortium.

AD primum ergo dicendum, quòd matrimonium non est maritum quæ figuratur formaliter, non efficiens: ideò non oportet: quòd sit aliud à coniunctione.

AD secundum dicendum, quòd quamvis ipsa relationes non sint sensibiles secundum suam essentiam, tamen earum principia possunt esse sensibilia vel in sensibilibus reperiuntur: & sic sensibile aliquid quod est res & sacramentum: hoc enim modo se habet in hoc sacramento. Vnde dicit Aug. *Sed verba exprimunt visibile sacramentum quod fit, ut dictum est, cùm res & consequitur ipsum dictum*, scil. sensibile.

AD tertium dicendum, quòd relatio secundum suam essentiam non habet in aliquo fieri in causa ut similitudo in qualitate, & aliquo fieri in subiecto, ut in ipso similitudo est in eo: quæ-

A ro ſit attendi nomine et diuerſitas ipſius; ſi ergo in ſimilitudine non eſt ratio inæqualitas nominis, ſed ſtetit in nomine ſimili et iterū ſubtilia ſimilitudinis: ita dico nomine, & ſimiliter de æquali: nec, & ideò æqualitas & ſimilitudo eiſdem modis eſt eſſe in nomine, ſimilium & æqualium: ſed relatio q̄ eſt matrimonium, ex una parte habet mutatū in nomine; ex altera non ſic habet, ex parte cāe, q̄ ad eādem numero generationē ordinatur, ſed ex parte ſubiecti diuerſificatur ſexu & non, & ideò hæc relatio eſt una & multiplex ex parte ſubiecti: & ſic dico q̄ eſt multiplex ex parte ſubiecti ſignificata per hoc nomine, maior & mater mi: ſecundum autem q̄ eſt una, ſignificatur hoc nomine matrimonium.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio Certum eſt, quòd in matrimonio eſt conſenſus inquantū ibi adeſt mutuus & vxor ad aliquid vnū, ſcilicet ad procreationem prolis.

¶ Secunda concluſio. Conſenſus corporalis mutuorum in matrimonio conſequitur.

¶ Tertia concluſio ad primum. Mutuationem eſt circulum quæ contingunt coniuges formaliter, ſed non effectiue & ideò non diſtinguitur tale vinculum, contemplatione. ¶ In relatione ad terminum eſt aduertendum, quòd relatio coniunctionis quæ eſt in matrimonio, ex una parte habet vnitatem in virtute ordinationis, hoc eſt ex parte cauſæ, quia ordinatur ad eundem generationem prolis habet tamē duplicitatē vnitatis materialis & ex parte ſubiecti, & in hac plures relationes & habēt diuerſa nomina quibus vxor & vxor.

¶ Ille articulus commodè applicari non poteſt vlpiano ad articulum tertium. in quo explicabatur definitio quid res ipſius matrimonii & eloquenter declarabatur quæro de matrimonio ſit in genere eſſentiæ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm matrimonium congruè nominetur.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̄ matrimonium incōgruè nominetur. Quia de matrimonio dicitur à dicendo ſcilicet

dignior est matre: ergo magis ad̄ debet minuere à pte q̄ à mātē cōsuētudo matrimonij?

¶ 2 Præterea, Res debet denominari ab ea quod est de essentia sua, quia ratio quam significat nomen est definitio, ut dicitur 10. 4. Metaph. sed copula sua sunt de essentia matrimonij: ergo nō debet matrimonium simpliciter appellari.

Text. 02. 28.

¶ 3 Præterea, Species tam potest præcise nominari ab eo quod est genus, sicut consuetudo est genus ad matrimonium: ergo non potest proprie consuetudo nominari.

SED in contrarium est consensus ejus Imperatrix.

RESPONDEO dicendum, quòd in matrimonio duo sunt considerare. Primò, essentiam ipsius quæ est conjunctio, & secundum hoc vocatur coniugium. Secundò, causam eius quæ est dispensatio, & secundum hoc vocatur copula à vinculo: quia magis solemnizatur dispensatio quæ matrimonium perficit inter Christianos quàm ipsum matrimonium. Verùm

Tom. 6. lib. 19 ca. 16.

effectum qui est prolis, & dicitur filius matrimonium (ut Augustin. dicit contra Faustum) ab hoc quòd mater non debet ab aliud nubere, nisi ut filio matrimonium quæ est consuetudo quæ ad matrimonium pertinet efficiens: vel dicitur matrimonium quasi matris onus, quia ipsa debet quo defendatur & nutriatur filius: vel dicitur matrimonium quasi matris munus, quia ipsa debet quo defendatur & nutriatur filius: vel dicitur matrimonium quasi matris onus, quia ipsa debet quo defendatur & nutriatur filius: vel dicitur matrimonium

Lib. 5. cap. 6. 7.

ab hoc quòd mater filium efficiat aliqua munera sua.

AD primum ergo dicendum, quòd quamvis pater filio sit dignior quàm mater tamen circa prolem magis operatur mater efficiendo quàm pater, vel saltem, quia magis ad hoc principaliter facta videtur

A *sit homini in adiutorium prolis: non autem propter hoc facilius dissolvitur matrimonium quia magis pertinet ad rationem matrimonij mater quam pater.*

AD secundum dicendum, quod aliquando essentialia cognoscuntur per accidentalia, & ideo etiam per accidentalia aliqua nominari possunt, cum eorum datur causa vel consequens.

AD tertium dicendum, quòd aliquando species nominatur ab eo quod est genus, propter imperfectionem speciei

B *aliquando scilicet completè habet genus rationem, non autem aliquid addit & additamentum genus ad suam propriè accidentale retinet nomen proprium: aliquando autem propriè perfectionem quando in sua specie completè invenitur tō genus, & non alia: sicut anima dicitur vegetativa ab anima q̄ competit animatis corporis, quæ est genus animatorum: sed animalia non vocantur perfecte tō animata, quæ non sunt animalia: & similiter dicitur propriè quòd matrix non ad matrem per matrimonium nisi est mulier, non sit animatum & corporeum dicitur genus nominatur.*

C

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est affirmativa, & D. Th. in articulo explicationem conclusionis per aliqua conjecturas, quæ declarantur ex ipso textu, & ex explicationibus.

D *¶ In hoc articulo D. Thom explicat definitionem quid communis matrimonij quæ declarata per partes explicandi est. Ad primum explicationem eius adducendum, quòd matrimonium (ut quidam dicit) dicitur à matre matris, & à verbo eius: vel quia matrem matris, eo quòd dare soleant matres matrimonia filiabus, matres familias eligunt & in matris familiæ venit, & ne filius dicat inducitur quasi mater nullius esset familiæ, & nec dotem quidem haberet, & sic à prolis dicitur sanctus verbis dicitur (ut dicit) vel verè ideo dicitur, quia mater filiorum quam in matrio suscepit, his officium exhibet, ut filii viduitatem colligat & in alios gradus dilectionis pacis & pacis; quidem vitæ ubi in hunc locum exhibet, ut dicitur matrimonium*

a pluri-

tæ prætis officia exhibet vſque dum pe-
fectam ætatem ad perfectum geſtum dedu-
cat. De hac ratione videte Homerum libro 1.
Odiſſeæ.

¶ Communiter vero Theologi dicunt, ꝙ
matrimonium dicitur à matre matris, eo quod fœmi-
na eatenus magis ſequatur matrem, quam pa-
trem obſequio, vt docet Gregorius IX. ca.
Gaſi, de conuerſione infidelium, & idem
dicit D. Tho. in ſolutione ad primum ha-
ius articuli. ¶ Aliqui verò dicunt, quod ma-
trimonium dicitur à matre matris & à ſo-
phia matris matrimonium, quod quidem ſo-
nat idem ſignificatum, quod obſequia ſeu of-
ficia, & hoc propter eandem rationem. Ex
quo colligitur, ꝙ iſte contractus & hoc ſa-
cramentum primo debet dici matrimonium
quam patrimonium, & horum ſit varias aſſi-
gnat rationes Sancti. Prima ratio eſt D. Th.
dicta ſolutione ad primum. Quæ quam ma-
ior ad hoc principaliter predicta eſt, vt ſit
in adiutorium hominis ad procreandos fi-
lios, vt dicit Geneſis cap. 2. & quia ma-
ior magis officio ſe eſt circa prolem, quam
vir. Secunda ratio eſt, quoniam (vt habet
communis proverbium) certior eſt pater à
matre, quam à patre, vnde in ciuile iudicat
filios ſuos vel liberos à matre libera, vel
ancilla, non à patre. Tertia ratio eſt D. Au-
guſtini, 12. contra Fauſtum ca. 24. & 18. vt
ſilo vocante adiutorium matres aſſume-
rent officium libertis, non dilectionem
maritorum.

¶ Circa hoc ipſum eſt aduertendū, quòd
matrimonium etiam appellatur alio nomi-
ne ſyncyrium. Nā dicitur ſuperius à ma-
trando, quod proprie dicitur de fœmina ti-
mida, quæ cum nutrito tremat, velatur, &
velo quodam tegitur in ſignum obedientiæ
& ſubiectionis quæ viro pollicetur, & pu-
doris ac verecundiæ. Prima ratio eſt Iſidori,
2. lib. de eccleſiaſticis officijs, ca. 19. & refer-
tur à Gratiano 30. quæſt. 5. capit. fœmina.
Secunda ratio eſt Ambroſij lib. 1. de Abra-
ham, capit. 9. & refertur in eadem cauſa. &
quæſt. capit. Iſid. Dicitur etiam contubi-
um & conſortium. Contubium dicitur
ſidere à tabernaculo, quod quidam eſt fœmi-
narum tantum, vt diximus: conſortium
autem commune eſt, tam, viro quam fœmi-
næ. Et inde vtrique ſexui dicitur quæ con-
ſortia vocabula, non ſolum Latina, ſed etiã

A Ciceroniana ſunt in hac ſignificatione. Ipſa
matrimonium ſignificat nomine & formi-
nam coniunctionem ſeu coniugationem le-
gitimam. Et hæc dicta ſint de ipſo nomine
matrimonij. De quo videte Conradum. lib-
per 4. Decretalium parte 2. c. 1. nu. 1. vſque
ad quartum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm matrimonium conue-
nienter definiatur.

B

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter
definiatur in littera. Quia in
matrimonij definitione oportet, ꝙ
matrimonium ponatur, quia matrimo-
nij eſt quæ eſt mulieris ad virum matrimonij:
ſed matrimonium coniunctio ponitur in defi-
nitione matrimonij. ergo videtur ꝙ ſit
circulatio in definitionibus iſtis.

¶ 2. *Præterea*: Per matrimonium ſicut
dicitur mulier maritatur viro, ita vxor
viri mulieris: ergo non debet magis dici
coniunctio maritalis, quam vxoria.

¶ 3. *Præterea*: Conſortium ad omnes
amicos pertinet, ſed frequenter matrimo-
nia inter illos ſunt valde remotos diuerſi-
ſe non debet poni in definitione ma-
trimonij, inordinatam vitæ conſortium
nominans.

¶ 4. *Præterea*: Inconuenienter alia definitio
nis de matrimonio data. Quia ſecundũ
Hugonem matrimonium eſt diuina adiunctio Lib. 1. de
per ſocietatem legitimam de coniun- ſacram.
ctione cõſentiens, ſecundũ quod ſupra: cum ma- par. 11.
trimonium eſt conſortium cõiunctionis & cõ- cap. 4.
municatio diuini & humani iuris. Et
quæritur qualiter definitiones differãt.

Q. 41.

RESPONDEO dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt, in matrimonio tria cõ-
ſiderantur ſcilicet ipſum, & eſſentia eius
& effectus: & ſecundum hoc tres definiã-
tiones inueniuntur de matrimonio date.
Nã definitio Hugonis tangit conſenſum, ſ.
conſenſum, et per ſe nõ eſt. Definitio autẽ
in littera poſita tangit eſſentiam matri-
monij, ſ. coniunctionẽ, & addit determi-

Vbi ſup.
& habetur
27. q. 2.
in prin.

matrimonium substantiam in hoc quod dicit in- A
ter legitimas personas, ponit etiam differentiam contrahentes ad speciem in-
hoc quod dicit matrimonium: quia cum matri-
monium sit coniunctio in ordine ad ali-
quid vltimum, talis coniunctio in specie
trahitur per illud ad quod vltimatum,
et hoc est id quod ad matrimonium pertinet:
ponit etiam virtutem finis: coniugii-
um, quia indissolubilis est, in hoc quod
dicit individuam &c. Sed alia diffinitio
sanctae ecclesiae ad quam ordinatur
matrimonium, scilicet ad bonum coniugum
hoc attendit, & quia commixtio est
necessario aliqua lege ordinata; ideo
ponitur in diffinitione illius commixtio,
sicut dictum & humanum: alia est
commixtiones, et negotiationes
& mercationes, sibi inuicem hu-
manas &c.

AD primum ergo dicendum, quod
aliquando prima ex quibus debet de-
ri diffinitio non sunt nominata, & ideo
in diffinitione aliquando ponuntur illa
quae posteriora simpliciter, quae tamen prio
ra sunt ad nos: sicut in diffinitione quali-
tatis ponitur quale à Philosopho dicto
Qualitas est secundum quam quales
dicimur, ut etiam hoc in diffinitione
matrimonij ponitur maritalis, ut
sic dicatur. quod matrimonium est coniun-
ctio ad ea quae mariti officium respicit, B
quae vox proprie non nominat expri-
mit.

Li prædicta. de qualitate.

Quæst. 41.

AD secundum dicendum, quod per
hanc differentiam tangitur finis coniun-
ctionis, ut dictum est, & quia ut dicit
Apostolus, Vir non est propter mulie-
rem, sed mulier propter virum: ideo
haec differentia potius debet sumi à vi-
ro, quam à muliere. D

AD tertium dicendum, quod sicut
vita civilis non importat aliquem finem
determinatum vel illum, sed ea quae ad cō
municationem civilem pertinent, ita
communitas vita nihil aliud est quam
communicatio ad communitatem vitae
pertinens: & ideo omnium ad hanc
vitam semper conservanda est ordina-
tio, quamvis sit diversa quantum ad

aliqua singularia accidentia.

AD quartum patet solutio ex dictis.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Tria sunt in matrimonio, causa eius, essentia & effectus, & tria eius definitiones. Secunda conclusio. Prima definitio est. Matrimonium est coniunctio legitimarum de omni iure habilium personarum individuam vitam ducendi per omnia, quae de iure non sunt prohibita. Secunda definitio est. Matrimonium est coniunctio maris & feminae legitimae inter se individuam vitam ducentium. Tertia definitio est. Matrimonium est consortium coniugale &c. Et hae definitiones dantur per effectum.

De hac materia disputat Doctor Angelicus in Magistro in 3. dist. 27. per totam. Vide Scotum Magistrum Sent. Sententiarum vbi supra. q. 1. Caietanum & Durandum ibi q. 1. art. 1. & 2. Caietanus interpretando illa dicit definitionem quod rei naturam & conditiones explicabilium hic primo articulo tantum quia definitiones non sunt necessariae in illis quae per se notissima. Et absolute dicit, & debemus explicare definitiones quod ad naturam & in ratione naturalis & in ratione civilis & in ratione humani & in ratione divini. Et secundum eum est prima C quaestio ipso & unicuique quod est definitum secunda. Definitio autem matrimonii habet in hac materia. Matrimonium est coniunctio viri & feminae naturalis inter legitimas personas individuam vitam ducentium. Haec definitio est communis Theologorum & Iurisperitorum.

SED in hac media explicemus dictum Philosophi hic: si legitima definitio matrimonii. Videtur quod non. Prima enim contra primum particulare, obiectio. Matrimonium est coniunctio quaedam, sed omnis coniunctio non est de definitione matrimonii. Consequentia est bona. Minor patet. Nam inde definitum de matrimonio in ratione coniunctionis. Minor probatur. Coniunctio est

ali-

...sacramentum sua relatio, quæ consequitur ex
...actu, sunt sanctum. & donum ei rela-
...tionem consequitur ex contractu exprimi-
...ri & realiter: ergo consensus non est
...contractus. ¶ Confirmatur argumentum.
...Conditio quæ ponitur in definitione ma-
...trimonii vel est copula carnalis, vel ma. &
...femina ad illam, vel obligatio ad reddendū
...debitum. Sed nullum horum est matrimo-
...nium ergo matrimonium non est consen-
...sus. Minor quoad primam partem patet.
...Quoad secundam probatur. Quando aliqui
...ponunt formam, quam verum matrimo-
...nium consistere non est necessarium ad perfe-
...ctionem formæ ex alia parte obligatio ad reddē
...dum ergo matrimonium non est obligatio
...nem ad reddendum & sine ponitur ad pe-
...tendum (si Deus conderet aliquem po-
...tentem sine corpore habere (quod po-
...test facere, cum sit omnipotens) tunc
...esset ibi ad petendum debitum & obligatio
...ad reddendum tamen matrimonium non esset
...propterea ergo. ¶ Denique, ex communi do-
...ctorum, contingit posse esse obligationem
...ingredi religionem, quia potest matrimonium
...consummatum, & tunc matrimonium non
...consistit, etiam post perfectionem, nec illa
...obligatio est de ratione matrimonii, ergo.

¶ Secundo principaliter arguitur contra
...secundam partem. Matrimonium est con-
...nubio quia significatur, quod matrimonium
...significat per modum significandi substantiæ
...Sed nubere potest, non consentire ipse matri-
...monium est res permanens ergo definitio nō est
...bona. Minor patet, nam consensus ipse matri-
...monii est res successiva, ergo dicimus,
...quod matrimonium per aliquam causam di-
...solvi potest, ut per professionem solemnē,
...si tamen sit ratum ergo.

¶ Ultimo arguitur contra tertiam definitio-
...nem. Matrimonium est quoddam sacramen-
...tum. Sed in tota hac definitione nō explicat
...res sacramenti, ergo definitio nō est bona.

¶ In oppositum est authoritas omnium
...Theologorum & sanctorum.

¶ Ad explicationem harum difficultatum
...quantum primo, quod in matrimonio
...sit aliquid essentiale. Primō est certum, quod
...in actu aliquo ponitur aliquid de ratione
...sacramenti. Secundum est certum, ipse consensus
...bonus, vel signum quo significatur con-
...sensus, vel significatum quo significatur con-
...sensus ergo. Tertium est matrimonium tradi-
...tio corporum & realis exhibitio, quæ omnia ex
...consensu exercitio. Quarum est vinculum
...& relatio quo utraque persona ordinatur
...ad suū matrimonium. Quarum est obligatio
...qua tenetur in utraque ad reddendum de
...bitum. Ultimum est bonum & ius ad præ-
...dium debitū. Tota ergo difficultas de quod
...nam horum sit matrimonium.

¶ Secundo notandū, quod nomen istud
...potest accipi dupliciter. Primo modo con-
...sistere, secundum accipitur pro potentia, quod
...est causa sanctum, aliquid de novo accipiens
...formaliter sicut sanctificatum dicunt de ani-
...mali. In primo quidē acceptione matrimo-
...nium dicitur de contractu qui nō est ma-
...trimonium, sed causa matrimonium, nam ma-
...trimonium est apud Philosophos causa nomi-
...nare nomina effectuum & contra. In secū-
...da vero acceptione sumendo matrimonium
...formaliter, disputamus in præsentia quid
...sum sit.

¶ Circa tertiam quod istæ scholastici
...non tres veritates definitionis matrimonii
...ad quas omnes alias reducamus. Prima est
...Hugonis de Sancto Victore lib. 2. de sacra-
...mentis, parte 11. cap. 4. quæ sic habet. Ma-
...trimonium est duarū personarum idonea
...unius legitimæ de coniunctione consensio.
...Quam definitionem refert Thomas Valden-
...sis & approbat tomo 2. de sacramentis ca-
...pitulo 131.

¶ Secunda definitio est. Matrimonium
...est legitimus viri & feminæ copulatio, quæ
...sedem legum Dei inter se individuam
...vitæ procreare. Quam definitionem refert
...Thomas Valdens. tomo 2. de sacramentis
...cap. 130. Ultima definitio est quæ potius
...est descriptio.

¶ Prima conclusio. Matrimonium non
...recte definitur per obligationem. Vide prima
...definitio quæ datur per consensum, non est
...bona. Hæc conclusio probatur primo. Id
...quod ponitur in definitione rei genus, de-
...bet predicari quidditative de definito,
...sed consensus nō predicatur quidditative,
...ergo. Consequentia est bona, Minor patet,
...nam probatur. Causa efficiens nō predi-
...catur quidditative de effecto, sed matrimo-
...nium est effectus consensus, ergo consensus
...non predicatur quidditative de matrimo-
...nio. ¶ Confirmatur. Nam tunc aliquid quod
...causa efficiens predicatur de effecto quidditi-

tatiuè, quod nullo modo dicitur de illo. A
causa efficiens se extra effectum: ergo hæc definitio Matrimonium est confentus, non solum non est quidditativa, verùm nec vera propositio. ¶ Secunda. Contractus manet, matrimonium verò permanet: ergo matrimonium non est contractus. Consequentia patet cum maiori & minori.

¶ Secunda conclusio. Quidam obligationes matrimonii sperantes dicunt matrimonium esse, tamen contractum non esse de essentia matrimonii. Prima pars conclusionis patet ex secundo notabili. Patet etiam, nam ab istis Theologis & Philosophis merito interrogatur, an matrimonium sit subiectum, de contractu celebrato interrogatur. ¶ Contra B sinatur. Nam finem aliquando scripture ponere, quod est causa: ergo matrimonium aliquando dicitur de contractu qui est causa matrimonii. ¶ Secunda pars conclusionis probatur eisdem argumentis quibus conclusio precedens. Nam contractus matrimonii est causa efficiens matrimonii: ergo non est de essentia matrimonii. Confirmatur. Nam contractus manet, matrimonium permanet: ergo.

¶ Tertia conclusio. Si matrimonium accipitur causaliter pro obligatione matrimonii, definitur sic. Matrimonium est vinculum & foedus inter legitimam personam ad individuam vitæ consuetudinem destinata. Cui addas, significans coniunctionem Christi cum Ecclesia, explicatur ratio sacramenti, ut dicemus infra. Hæc autem definitio commode explicari non potest nisi ad aliquid conclusionem. Nam analogum, quod est medium inter principale, & modo definiri & explicari non potest, nisi per ordinem ad illorum principale, ut dicit Caietanus, 1. parte, quæst. 13. art. 5. Simum enim vel dicitur de pomo, commode explicari non potest, nisi in ordine ad sanitatem: similiter & ita matrimonium eadem ratione accipitur commode explicari non potest, nisi per ordinem matrimonium formaliter accipiens.

¶ Quarta conclusio. Matrimonium non recte definitur per copulationem, sive nomine copulationis intelligatur traditio & receptio mutua, sive ius ad reddendum debitum, sive ad petendum. Hæc conclusio patet ex eisdem. Nam de ratione matrimonii est obligatio, vera vel ad certi

formam vel obligatione perpetua ad procreandos filios, hæc autem perpetua obligatio non explicatur in prædicta definitione, quæ nullo modo accipitur copulationem. Maior probatur ex D. Paulo ad Rom. 7. Mulier viuente viro alligata est legi viri, & ibi habetur 1. Corinth. 7. Minor vero patet. Secun. p. t. Col. 21.

¶ Secundo probatur eadem & explicatur. Traditio corporum quamvis sequatur ad contractum matrimonii, est tamen præ matrimonium, obligatio vero ad reddendum debitum, & ius ad petendum subsequitur ad matrimonium: ergo nihil horum est matrimonium. Consequentia est eadem, quæ data explicatur. Nam traditio finita non contractu matrimonii, manet tamen ut ita dicta cum certo ordine & respectu: sunt traditio rei in contractu emptionis & venditionis finita cum ipso contractu, manet tamen res tradita cum ordine & respectu: ergo traditio non est matrimonium. Quidem matrimonii semper manet respectu ad mores traditio rei non manentis est obligatio ad reddendum debitum, & ius ad petendum subsequitur ad matrimonium, ut dicit ex illa traditione oritur obligatio ad reddendum debitum hoc certum personis. Dicitur ut non est illa obligatio, sed aliquid consequens ad illam: quia etiam matrimonium non C est obligatio, neque ius ad petendum debitum, sed ex matrimonio subsequitur hæc duo.

¶ Vltima conclusio. Legitima & antiqua matrimonii definitio est illa quæ potest vel in principio huius dubii. Hæc conclusio est omnium Theologorum & Iurisperitorum, & habetur in Instit. de patria potestate. §. 1. & ad hanc definitionem reducitur illa quam adhibit Iurisconsultus. l. 1. Ff. de ritu nuptiarum, scilicet, nuptiæ sunt viri & mulieris coniunctio, aut (ut alii melius loquuntur) coniunctio & consortium omnis vitæ & diuini, & humani iuris communicatio. Hic debuisset attribuere matrimonio. Alexander III. cap. illud, de præsumptionibus. Gratianus 27. quæst. 2. in principio. & 32. quæst. 1. in principio. Magistr. in 4. distinct. 27. & in omnibus aliis locis Theologi & Iurisperiti aliarum hanc definitionem.

¶ Probatur & explicatur ratione. Illa est bona definitio, quæ explicat causas definiti formalem, materialem, & finalem (efficientem

eam.

Cap. fi. de pœnis pœnalibus. l. Illud ritus nuptiarum. c. illud. de præsumptionibus. Gratianus ubi supra. & 32. quæst. 1. in principio. & 27. quæst. 2. [illegible]

enim eſt extra eſſentiã rei) ſed definitio in A
principio poſita explicat illas causas: ergo.
Maior patet, nam alie cauſe ſunt de intrin
ſica ratione rei ergo definitio que explicat
alias cauſas, erit optima. Minor verò proba-
tur & explicatur. Et quidem de cauſa for-
mali dicendum eſt, quod non habet cauſam
formalem phyſicã, nam matrimonium eſt
forma quædã, & ſimpliciſſima accidens, vt
patet ergo non poteſt habere formam phy
ſicam. Habet tamen formam metaphyſicã,
ſcilicet genus, & differentiam, genus autem
eſt connubium, ideſt, ordo & relatio ad ali-
quod vnum, omnis enim ordo & relatio &
omnis ſocietas, ad aliquod vnum ordinatur
ſocietas, & ordo conſiſtit proprium ad vnum
diſciplinam, ſcientia communitatem ad vnã
ſcientiam & ita ſocietas coniugum ordina-
tur ad vnum proli procreationem, & vitam
vitæ domeſticæ vnionem: itaque connubi-
um ibi nihil aliud eſt, quam relatio, nam
licet generatio terminetur ad vnitatẽ ſup-
poſiti, inde tamen conſurgit relatio realis
vnæ partis ſimilis vir & fœmina contingen-
tes & adiuncti per contractum, & inde
conſurgit relatio inter illos.

¶ Dubitatur eſt. Vtrũ hęc relatio ſit rea B
lis, vel rationis. Quod dubitẽ propoſitũ eſt
ad explicandam ſecundã partem definitionis
& ad explicandum, an res, & ſacramentum
ſimul in hoc ſacramẽto ſit aliquid reale, vel
ſolum ſignum (vt patet ex ſuperadditis) con-
ſtando ita & vinculum quod ſubſequitur
ex contractu, & eſt effectum ſacramenti,
& res, & ſacramentum ſimul. Sexto in
4. dub. 28. quæſt. vnica, putat eſſe re
lationem realem per modum habitus &
per modum permanentiæ, ſicut matrimo-
nium quæ eſt inter duo ſuppoſita eiuſdẽ ſpe-
ciei. Hãc ſententiam ſequitur Magiſter So
to, in 4. diſt. 27. quæſt. 2. art. ad ſecundum.
Ratio horum eſſe poteſt. Nam illa relatio
pullulat ex voluntate contrahentium, actio
vero voluntatis cum ſit tranſiens & nihil
ponat in re, non poteſt fundare relationem
realem: ergo eſt relatio rationis. ¶ Confir-
matur. Nam vltimum effectũ relationis
quæ hinc fundatur in actione, quæ eſt actio
tranſiens, nihil ponit in re, ſed relatio ma
trimonij fundatur in actione voluntatis ob
ligantium quæ nihil ponit in re: ergo eſt
relatio rationis. Hæc ſententia aliquam
habet probabilitatem.

¶ Nihilominus dicendum eſt, longè pro- C
babilius eſſe, quòd relatio matrimonij ſit
realis, ſicut relatio conſanguinitatis, filiati-
nis, & paternitatis. Hæc ſententia probatur:
Dominium in rebus eſt relatio realis, ta
men illa relatio fundatur in contractu emp-
tionis, & vẽditionis: ergo relatio matrimo-
nij erit realis, quidem fundatur in obiecto
reali matrimonij. At ob in mera voluntate ob
ligãtium. Quòd dominium ſit relatio rea
lis in creatura, aſſerunt ã D. Thom. quæſt. 7.
de potentia, art. 10. ad quartum. & ab omni-
bus Thomiſtis, 1. parte, quæſt. 23. artic. 2.
¶ Confirmatur & explicatur. Relatio ma-
trimonij non fundatur in voluntate contra
hentium, ſed in affectu reali exteriori, & in
externo contractu non enim habet ad ma-
trimonium interius conſenſum contrahen-
tium ergo illa relatio matrimonij eſt realis.
Et ex dictis ſolutio rapidè dabitur. Cum
ſua affirmationẽ non ratio fundatur illa re-
lationẽ in actu interiori voluntatis, ſed in
actione externa. Et quibus explicatur quod
nam ſit genus huius definitionis.

¶ Differentia definitionis eſt, maritalis, D
in qua particula ſignificatur ad quid conũ-
gantur vir & fœmina: coniunguntur enim
ad officia maritalia, & ad fines matrimonij,
nã in huiuſmodi rebus ex fine ſumitur diffe
rentia & ſpecies earum (vt autor eſt Ariſt. 2.
Phyſic.) res naturales poſſibiliter conſtituũ
tur ſuo ex fine. In matrimonio ergo ſicut
& in quacunque alia re naturali ex illius fi-
ne eius differentia ſumi poteſt. Duplex au-
tem eſt finis matrimonij, alter primarius
& principalis, videlicet procreatio prolis nã
ſolum in eſſe naturali, verumetiam in eſſe
rationali, qui erit dũ formam, dat conſe-
quentia ad formam, & qui producit ignem,
producit qualitates conſeruantes ignem, &
productum ignem producit qualitates que
ad illius eſſe, & conſeruationem requiruntur
& denique actio agentis non intelligitur
perfecta, donec producat effectum ſuum
perfectionatum: ita actio parentum non intel
ligitur perfecta & completa, atque dum
proles pervenerit ad ſuam perfectionem
non ſolum ſecundum ſuum eſſe naturale
ſecundum eſſe rationale. Secundus finis
matrimonij eſt mutuum obſequium in-
ter virum & fœminam, non enim omnia
officia domeſtica & maritalia poſſunt com-
petere filiis ſuis aut filiæ ſuæ, ſed ſolum

vicesque

rorque sint elementa matrimonij. Cæ-
terum si vero materiales explicemus in illis verbis
(inter legitimas personas) non esse ex po-
sitis quamlibet in materiam secundam sub
liberam voluntatem formam dare, sed
illam quæ lege permittitur, et decet: etsi
invitum parientis (subaudiatur vel con-
sensum reddens.) Aliqui explicant,
quod explicatur secundum sua matrimo-
nij, solent, naturam usque & perpetuò
separare mortem. Mihi tamen videtur, q
in illa particula, materialis explicatur non so
lum primarius finis matrimonij, verum & B
secundarius. In ultima vero particula indi-
catur vis consensualem rationem ex-
plicare veram & propriam pactio matrimo-
nialem: ad intelligendum de qua dicemus
infrà in dicta Doctor Thomas in quarto
distinctione 27. quæstione prima. articulo
primo, quæstiuncula tertia.

AD argumenta facta in principio dubij respondetur, & ad primum dici-
tur, q matrimonium secundum se malum
primum est consensus vel vinculum quod-
dam & relatio, quæ consistunt in ordine
duarum vel plurium personarum ad in-
vicem ex determinata pactione: qui definitio
est in tertia conclusione. ¶ Ad confirmati-
onem facta patet quid sit dicendum, exposi-
ta finis in nostra duabus viciis conclu-
sionibus.

¶ Ad secundum respondetur, q matrimo-
nium formaliter sumptum nec est consen-
sus secundarius, nec aliquid secundarium,
sed quædam relatio & vinculum per modum
habitus, & per modum permanentiæ quæ re
bus creatis refertur contingens additum.

¶ Ad confirmationem dico primo, quod
in illa particula claudi significatur materia
& perpetuitas obligationis secundum aliquos.

Secundo dico, q in illa particula indis-
solubilitas matrimonij qua per se consert matrimo-
nio, et infra dicemus, & si aliquando dissol-
vatur, est vel per accidens: vel (ut aperte
dixit Doctor Caietanus primo secundæ
de quæstione tertia tertiæ, articulo octavo)
est quia non per se, sed in triplici differentia.
Quidam, quæ nullum in se recipiunt ma-
trimonium nec esse aliquo modo se habere
possunt, vitio per absolutam Dei potenti-
am, quam ignoramus, quod in nullo derogat
naturali, q Deus q quatuor & sit sint

N. sexus. Alia vero quæ in materia matrimonii
non subsistunt, nec esse aliquo modo
se habere possunt ex ordine naturali ser-
vato: bene tamen mutari & aliter se habere
possunt per absolutam Dei potentiam sine
quod homo de nullibile, quod matri-
monio repugnat. Alia sunt in tertio gradu,
quæ regulariter & ut in plurimum aliqua se
habere non possunt, bene tamen per acci-
dens, et in rare sunt bestiarum, in brevi
tempore & in quantum matrimonium
sit per se indissolubile, non est per se in pri-
mo gradu, sed in tertio & in malitia de ra-
tione dissolubilis potest, de quibus infra in hoc
conclusione & explicatius dicemus.

¶ Ad ultimum respondetur, quod in
hac definitione non deficiunt secundum
esse nec materiale secundum, nec formale
ne deficiunt ei in tertia conclusione decla-
ratum erit in secundum sequitur dicen-

EST secundum dubium circa definitionem matrimonij in ratione sacra-
menti. Et prima conclusio. Data
definitio sacramenti matrimonij. Pactus
definitio sacramentum matrimonii ut
significativum rotæ legis, significans u-
nionem Christi cum Ecclesia Sacra-
da definitio est. Sacramentum matrimonij
est contractus matrimonialis inter baptizatos
sufficiens significatio unionis Christi ad Ecclesiam.
In hac conclusione communiter omnes
Theologi & Iurisperiti. Explicatur con-
clusio. Sacramentum matrimonii potest
indicare duplicem rationem significandi
rem mysticam, ex parte & differentia quarum
partes mysticæ, ex quibus totum Metaphysicum com-
ponitur: aliquas vero totius Physici seu
artificialis, cuius proprium est resultare
vel confici ex materia & forma, quæ sunt
partes Physicæ seu artificiales. Primo
igitur explicatur per primam definitionem
materialem, in qua quidem sacramenti
matrimonii ratio ut proprium genus sa-
cramenti matrimonii. Deinde vero ad
explicandum convenientiam Christi cum ec-
clesia, & illa ad hoc sint ejus actionis, quæ
significant se plurium, formaliter loquen-
do, mysticam definitionem quod ut sacra-
mentum matrimonii, secundum loquendo
de ut una specie totius generis, quæ im-
mediate collocatur sub sacramento eccle-
sia

ria

¶ Tertia conclusio Certum eli, quod eli peccatum mortale contrahere matrimonium cum animo transeundi ad religionem post votum simplex alicuius status clericalis. Et in hoc differunt: huiusmodi votum a voto simplici castitatis. Nam non eli certum, quod non sit peccatum mortale contrahere post votum simplex castitatis, etiam si contrahat cum animo transeundi ad religionem. Nam (vt dictum eli in hoc articulo dubio 1.) probabile eli oppositum. Ratio huius conclusionis declaratur eli differentia, quæ eli in materia huius votorum. Nam votum castitatis obligat ad non habendam aliam uxorem, in matrimonio vero datur potestas ad aliam ducendam, & obligatur contrahens ad illã, & ita eli probabile quod eli peccatum contrahere post talem votum, votum vero religionis vel alterius status clericalis non obligat ad castitatem, & ita quamcunque detur potestas ad aliam ducendam, non eli mortale, si habeat animum transeundi ad religionem.

¶ Quarta conclusio Si post votum religionis aut status clericalis matrimonium fuerit consummatum, possunt fieri quædã distinctiones quo etiam differunt huiusmodi vota a voto simplici castitatis. Hæc conclusio probatur. ¶ Quoniam hæc

A infirmi vota non habent eandem obligationem, quã percepta affirmatiua, sed post quam consummatum eli matrimonium alia existit causa, & opportunitas impedi tale peccatum, ergo ad nihil tenetur. Consequentia patet. Hæc vota non tenet ad castitatem, nisi postquam essent in religione aut in statu clericali professi sed durante illo matrimonio non essent illæ professi, cum non sit possibile, ergo nec tenentur etiam.

¶ Adiungendo tamen eli, quod si infirmi essent habentes diuortium tale, tenerentur vouere teneretur ad religionem, aut sacros ordines tunc si. Quoniam tunc obligat, & opportunitas & possibilitas adest. Si autẽ separatim vouerit non tenetur quamquam in negotium, post contractum matrimonium ad nihil aliud tenetur se obligare, nisi ad hoc, quod vouerit non reddere debitum petenti non potest cum fructu contrahere matrimonium. Hæc dicta sunt de hujusmodi votis simplicibus quantum ad primũ, scilicet, quantũ ad hoc q eli impedire. Et hoc multiplicata prima pars prima conclusionis Doctoris Angelici in hoc articulo.

¶ In secunda parte huius articuli explicandũ eli secunda pars conclusionis D. Thom. Et ut recte hãc procedam.

¶ Dubium eli an huiusmodi vota simplicia, scilicet voti castitatis, religionis, & alterius status clericali dirimat matrimonium. Et q; matrimonium post hæc nullum sit. Videtur vera pars affirmatiua.

¶ Primo argumur ex exp. Regis Ezech. qui dicit vel voluerit, vbi expresse dicitur, quod votum simplex castitatis obseruãdum eli. Et reddit Summus Pontifex rationem dicendo, Quod cum simplex votum apud Deum non minus obligat quam solemne, &c. Tunc sic, sed votum solemne propter hanc obligandi vim non solum impedit matrimonium contrahendũ, sed etiam dirimit contractum, vt constat & dictum fuit. ergo etiam votum simplex non solũ impedit contrahendum, sed etiam dirimit contractum.

¶ Secundo arguitur & confirmatur, explicando vim argumenti præcedentis. Nam vota simplicia de voto solent fieri eiusdẽ speciei, vt constat in materia de voto, in 2. 2. q. illic inducebatur vna ratio quare vota eli eiusdem rationis & speciei sed vo-

c. Regis. qui dicit. vel voluerit.

tam solenne ex ui sui obligationis habet non solum impedire matrimoniũ, sed etiã dirimere contractum, ut dictum in illo loco, & ita dicemus intra: ergo similiter votum simplex, non habens eandem cum obligatione, non solũ impedit consecrandum sed etiam dirimit contractum.

¶ Tertiò arguitur. Omnis libertas obligationis est irrita & nulla ipso iure naturali, ut si quis obligaretur ad aliquod homicidium aut sacrilegium: huiusmodi obligatio qua quis obligatur ad matrimonium post sua vota simplicia, illicita, & mala, & sacrilega: nam ut dictum est sacrilegium est ita contrahere: ergo talis obligatio erit irrita, & nulla iure naturali: ac consequenter votum simplex dirimit matrimonium.

¶ Vltimò arguitur ex quadam nota cuiusdam Gregorij XIII. data Anno Domini 1584. Vis demonstrare, quòd votum simplex obligatio in Societate Iesu in aliqua speciali casu, scilicet quando adimpletur alio bono non simplici obedientiæ, & paupertate post bienniũ probationis expletum, dirimit matrimonia polita factum, & inhabilitat personam ut nequeat ad cõsummandum, ergo aliquod votum simplex dirimit matrimonium.

¶ In hujus rei explicatione sit prima conclusio. Certissimum est, quòd votum simplex castitatis & religionis, & votum simplex obedientiæ Summi Pontificis, non dirimunt matrimonia ex natura sua, nec ex iure positivo antiquo. Hæc est communis sententia omnium Theologorum, & omnium Doctorum Sanctæ hic, & ubi cumque discipuli Iesu nullum est qui oppositum dicat. Vide Doctores in 4. dist. 38. & ibi Magistrum 4. ubi constituunt differentiam inter vota simplex, & solemne, & solemne ex natura sua, & iure antiquo dirimit matrimonium, votum vero simplex minime.

¶ Probatur conclusio. Primo ex ipso iure antiquo, tit. Qui clerici vel voventes, cap. cælibatus, & cap. Karissimi, & in cap. ex eo de voto, & voti redemptione in 6. & in c. Quidam, 27. dist. in quibus omnibus ex pressè dicitur, quòd votum simplex castitatis non solùm non dirimit contractum, sed etiam dicitur contractum, ergo.

¶ Secundò probatur conclusio ratione desumpta ex natura rei. Ad sanctum matrimonium ex natura rei satis requiritur vera traditio dominij in alterum, ut dictum est supra: sed illam non tollit votum simplex: ergo votum simplex non dirimit matrimonium. Minor probatur. Nã votum simplex solum habet rationem promissionis pleni: ut autem per solam promissionem aliquis obligetur ad dominij traditionem potest intelligi tantum de aliquam fui in aliquam. Et hæc est prima huius rationis ratio.

¶ Secunda conclusio. Licet votum simplex ex natura sua non dirimat matrimonium ex iure tamen humano in aliqua casu dirimit matrimonium: ut in casu quo redditur inhabilis ad matrimonium, qui emittit illa vota in Societate Iesu. Hæc conclusio constat ex illa nostra constitutione dicta in illo titulo ex quo capite hæc determinatur. Potuit siquidem Summus Pontifex providere aliquos inhabiles ad contrahendum, ita potuit reddere inhabiles illos, qui talia vota simplicia emittunt. Et aliqui auctores circa istam constitutionem multa dicit & disputant: ego tamen non attendo ad omnia: quoniam non attendo ad scripturas propositas, nec sunt hujus loci. Et in hac dicta sufficiant, quia ad illum locum pertinent. Quibus potest reproduci ea ad argumenta facta in principio.

¶ Ad primum argumentum respondetur, quòd illa verba, quæ videtur sunt ex illo cap. Karissimi, intelligenda sunt quoad aliquem obligationis. Nam utrumque votum obligat ex religione, & Scripturam illud verbum utrumque votum non tangit quoad quantitatem obligationis. Nam magis obligat ex religione votum solemne quam votum simplex, & gravius peccatum est facere contra votum solemne, quam facere contra votum simplex. Et ad primum finem. Nam supra dictum est, quòd matrimonium, & specialiter de facto, quam tam ad speciem obligationis non differunt, nam utrumque contractum obligat de natura sua æqualiter, tam magis obligatio est in matrimonio, quã in spiritualibus, ad differentiam in proprio. Et ideo matrimonium obligationem, quæ est in voto solemni, ita non tollit, sic non solent impedire matrimonia, imo etiam dirimere, non ergo vota simplex.

¶ Ad secundum argumentum respondetur,

ter, vt dicit, quod quamuis votum simplex, & solemne sint eiusdem speciei, & similiter obligationis: nihilominus tamen votum obligatio est in voto solemni, ratione eius quæ dirimit matrimonium, non autem simplex, vt dictum est in materia de voto. Nam in voto solemni est traditio ecclesiæ vel inhibitio: tamen in voto simplici, vt dicebat alibi.

¶ Ad tertium argumentū respondetur, q obligatio potest esse diuisa multipliciter. Primo quia est supra materiam repugnantem contractui, vt debitio terræ Sarracenis. Secundo modo, quia secundum se ordinatur ad opus illicitum, vt cum fit obligatio per contractum alicuius ad furtum. Tertio modo contingit illicitum esse contractum ex circūstantia proprie dicta ipsi rei eidem, quod accidit personæ. Ignorat proposituram dicendum est, quod quando obligatio est illicita primo modo, ipso iure est irrita: non autem si sit illicita tertio modo. Quia neque ex materia nec ex circūstantia hæc repugnantiam habet. Et isto modo est illicita obligatio, qua aliquis obligatur, post votū simplex castitatis, vel religionis, vel alterius talium spiritualem. Vnde non dissolutur contractus matrimoniales, quia per se ad opus licitum ordinatur, per accidens autē peccat contrahendo ratione voti suscepti.

¶ Ad quartum argumentum respondetur ex dictis in vltima conclusione.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum votum solēne dirimat matrimoniū iam contractum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod votum solemne matrimonium dirimat iam contractum: quia sicut Dominus dicit: & quod Deō non minus obligat votum simplex quam solemne: sed matrimonium acceptatione diuina fit & dirimitur: ergo votum simplex matrimonium dirimit, nec votum solemne dirimere potest.

¶ 2. Præterea votum solemne non ad

A diminuendum videtur super votum simplex: ergo æquum: sed votum simplex etiam matrimonio superueniens non dirimit matrimonium contractum: ergo nec votum solemne.

¶ 3. Præterea votum solemne nihil habet quod non possit votum simplex habere, quia votum simplex possit habere scandalum, cum possit esse in publico sicut & solemne: similiter & ecclesiæ posset, & dici debet quod votum simplex dirimat matrimonium cum contractum, ut multa peccata dicuntur: ergo generaliter votum simplex non dirimit matrimonium, nec votum solemne dirimere debet.

SED contra est, quod ille qui facit votum solemne contrahit matrimonium spirituale cum Deo, quod est multo dignius quam materiale matrimonium: sed matriale matrimonium prius contractum dirimit matrimonium postea contractum: ergo & votum solemne.

¶ Præterea etiam probari potest per multas auctoritates & penitus in forma

RESPONDEO dicendum, quod omnes dicunt quod sunt vota solemne impedit contrahēdum: ita dirimit iam contractum. Quidam autem assignant pro ratione scandalum: sed hoc nihil est: quia & simplex votum, quandoque habet scandalum, cum sit quandoque quodammodo publicum. Et prima infallibilitas matrimonij est de veritate eius quæ non est propter scandalum dimittēdo. Et ideo alij dicunt quod hoc est propter statutum ecclesiæ: sed hoc etiam non sufficit, quia secundum hoc ecclesia posset etiam contrarium facere, quod non videtur verum. Et ideo dicendum est cum aliis quod votum solemne ex sua natura habet quod dirimat matrimonium contractum, in quantum per ipsum homo sui corporis amittit potestatem, sed Deo ad perpetuum continentiam tradendi, ut ex dictis patet: & idem non potest seipsum tradere in potestatem vxoris matrimonium contrahendo: & quia matrimonium quod sequi-

ent tale votum nullum est: & ideo tale A
votum dirimit distans matrimonium
contractum.

AD primum ergo dicendum, quod
votum simplex quod Deum dicitur vi
ovens obligare quamvis faciens in hoc
ad Deum spectet, sicut est separatio à
Deo per peccatum mortale, quia mortale
quia mortaliter peccat frangens votum
simplex sicut solemne, quamvis gravius
sit peccatum frangere votum solemne,
si comparatio in genere accipiatur, non
in determinata gravitate rei: sed B
quantum ad matrimonium per quod
homo homini obligatur, non oportet &
sit aequalis generis obligationis ex se
votum solemne & non simplex.

AD secundum dicendum, quod
non est votum plus obligat ex parte rei
ex qua fit obligatio quia maius, sed ve-
rum solemne obligat quantum ad mo-
dum obligandi in quantum adhibetur modus
hic quod praemittitur, quod non fit per
verba mutua, & ideo non sequitur ra- C
tio.

AD tertium dicendum, quod non
solemne habet actualem exhibitionem
propriii corporis, quam non habet votum
simplex ut ibi dictis patet: & ideo ratio
ex insufficienti procedit.

Artic. 1. huius q.

SVMMA ARTICVLI

PRima conclusio. Votum solemne impe-
dit contrahendum, & dirimit contra-
ctum. Ita dicit D. Thom. quod in hac con-
clusione communiter omnes.

¶ Secunda conclusio. Votum solemne ex
sui natura habet, quod dirimat matrimonium
contractum. Ratio D. Thomae: Nam per
votum solemne homo amisit potestatem
sui corporis, ergo non potest seipsum vale
te tradere per matrimonii contractum. Et
quo infert Sanchez. Dicitur quod quia ma
trimonium, quod sequitur ad tale votum
nullum est, ideo dicitur, quod non solem
ne dirimat contractum. Vide Silvestrem ad
tertium, ubi D. Tho. dicit quod votum so-
lemne habet actualem exhibitionem sui cor
poris, quam non habet votum simplex.

¶ In hoc articulo supponendum est con
quae certissima de fide in Ecclesia, quod
votum solemne religionis, et sufficiens ad
dirimendum matrimonium, et votum simplex, et
etiam divinae confirmatum. Ad cuius pro-
bationem adducendum est, quod votum so-
lemne religionis habet antecedere, & subsequi
ad matrimonium. Si enim votum religio-
nis antecedat matrimonium, est impedi-
mentum matrimonium, & dirimit matrimo-
nium, quod matrimonium subsequitur
est nullum. Nam, quod matrimonium sit
res esse nullum & pollicitum, sed quod
est impedimentum nullum Ecclesia dili-
cit 27. q. 1. in multis capitibus, & tenet
Qui clerici, vel monachi per multa capitula
& in cunctis, de voto & voti redemptione
in 6. & in Concil. Trid. sessione 24. cano
9. penitus distantio Concil. Quando vero
subsequitur votum solemne ad matrimo-
nium, explicabimus infra, ubi est specialis
difficultas de hoc.

EST tamen dubium in hoc articulo.
An votum solemne dirimat matrimo-
nium subsequens ex natura sua. Et
videtur quod non pro primo.

¶ Primo arguitur. Votum solemne habet
dirimere matrimonium ratione solemnitatis
sed solemnitas consistit in accidentali,
non ex natura rei: sed ex iure humano: ergo
votum solemne hic dirimere matrimo-
nium non ex natura rei, sed ex humana sta
tuto. Consequentia est bona. Minor est manife-
sta. Nam votum simplex ut dictum est, non
dirimit matrimonium: ergo votum solem
ne solum dirimit matrimonium ratione solem-
nitatis. Minor probatur, ex cap. de vo-
to, & voti redemptione in 6. ubi Bonifacius
VIII. hoc expresse dicit, quod sic. Non ob-
stat secundum quod voti solemnitas ex so-
la confirmatione ecclesiae sit inducta ergo.

¶ Secundo arguitur. Nam lex Ecclesiae
est distincta a lege naturali & divina sed
votum solemne dirimit matrimonium ra-
tione solum legis Ecclesiasticae ergo non dirimit
illud ex natura rei nec iure divino. Con
sequentia est bona. Minor est evidens. Mi-
nor (in qua est difficultas) probatur ex ca
pite 27. q. 1. ubi dicitur. Vt lex continentiae
in Ecclesiastica persona & sacris ordi-
nibus diuinae, percipiens, quantum Epi-
scopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, re-
gulares canonici, monachi, atque eremi-
pro-

c. ut lex 27. q. 1.

gendi, qui facrum transgredientes propositum non impulere profanipicere, anathema erunt. Et reddit rationem dicens. Hujusmodi nuptiae impulsionem, quam contra Ecclesiasticam regulam gerebat, effecerunt, &c. Quod si quis dicat, se dicere aliquid Bonifacium in hoc casu in primo argumento, loquatur de solemnitate de Matrimonio accidentali vero de essentiali, & ideo dicta parum ad secundum.

¶ Tertio arguitur similiter contra hanc solutionem ex eodem Bonifacio, qui dicit contrahi dissentium inter virginem non solemnizatum & virginem matrimonio ligatam dicit. Quod virginitas matrimonii ab ipso Ecclesiae capite, primum sanctum conditore, quam in paradiso & in illius innocentiae infantiae, sanctae, & indissolubilitatem accepit, solemnitas vero noti ex sola institutione Ecclesiae est inventa, quod accipi debet in ea sententia qua dicimus, sanctum matrimonium esse a Deo ergo clare colligitur, quod secundum Papam, quod virginitas matrimonii non est ab Ecclesia, sed a Deo, solemnitas vero accipere est immediate a Deo, sed ab Ecclesia. Quod si quis dicat, quod Bonifacius non dicit, quod solemnitas matrimonii sit de jure divino, sed divino inventa ab Ecclesia quam Ecclesia posset revocare, Contra hunc solutionem arguitur eadem ratione. Nam idem docet Summus Pontifex de matrimonio ergo.

¶ Quinto arguitur. Votum simplex, & solemne non differunt specie, ut dicit Tho mista, in 2. 2. quest. 88. & consequenter habent obligationem, & non eadem specie, ut constat, quia & efficacia votum simplicis non se extendit ad hoc, quod dirimat matrimonium, ut iam dictum in articulo precedenti, ergo nec etiam virtus, & efficacia voti solemnis. Quod si quis dicat, quod votum solemne habet istam virtutem ratione traditionis, quae fit in voto solemni, ut ait dictus doctor D. Thom. hic, cum dicit, quod per votum solemne assistit homo sui corpori in perpetuum, & ideo ex natura sua dirimit matrimonium postea factum.

¶ Quinto arguitur contra hanc solutionem. Traditio est accidentaria voto solemni in ratione voti solemnis. Quidé in ratio ne talis voti, habet totam suam rationem ab ipsa sua traditione, ergo votum solemne ex natura sua non habet dirimere matrimonium postea factum. Probatur consequentia. Nam habet dirimere matrimonium ratione traditionis ut patet ex dictis D. Tho. traditio autem est illi accidentaria, ergo ex accidentali non ex natura rei habet dirimere matrimonium. Confirmatur argumentum. Corpus non habet ex natura rei dispergere radium, quoniam non habet illud aliquando, illud habet ex alibi, quia est illi accidentaria, ergo votum solemne non habet dirimere matrimonium ex natura rei, sed ex accidenti: si quidem habet illud removere malitio ne, quae aliquando illi accidentaliter.

¶ Sexto arguitur contra eandem solutionem. Votum quodcunque votum solemne, essentialem habet rationem promissionis, ut constat ex ipsa definitione voti, quod est promissio Deo facta, ergo impossibile est, quod votum solemne habeat aliquam rationem traditionis, etiam accidentaliter ac fortasse ratione traditionis non habet ex natura sua dirimere matrimonium. Haec ultima consequentia per se est manifesta prima vero consequentia probatur. Nam ratio promittendi & ratio tradendum sunt rationes contrariae, id enim quod traditur, & donatur, non promittitur, nec promitti potest. Confirmatur argumentum, & explicatur. Nam si in voto solemni est essentialis traditio sui hominis, ergo nihil relinquit promittendum. Si fortasse cum ratione promissionis non potest esse connexa ratio traditionis etiam accidentalis. Plura argumenta possem adducere, sed sufficiant modo quaquam illa pertinent ad materiam de voto.

¶ In hac difficultate & propter aliqua argumenta istorum, plures Doctores existimant, quod votum solemne religionis non dirimit matrimonium postea factum ex natura rei, sed ex jure humano Ecclesiastico. Itaque est impedimentum dirimens matrimonium postea contractum jure humano, & sicut votum solemne sacri ordinis habet dirimere matrimonium postea factum jure humano positivo ita etiam votum solemne religionis. Fundamentum hujus sententiae est: Quia solemnitas annexa voto est de jure positivo. Haec sententiam tenet Scotus in 4. distinctione 38. & idem docet Paludanus in eadem distinctione, & Durandus quaestione 2. eiusdem distinctionis, & Dionysius Antoninus & alii quam plurimi Theologi

logi & Iurisperiti qui solent citari in 2. 2. quæstione 58. articulo 7. & 11. & eam tenere Cajetanum ibidem, articulo 11. Itaque votum solemne religionis ex natura sua non habet vim & efficaciam ad dirimendum matrimonium subsequentem, sed ex iure humano. Et hanc sententiam tenent multi moderni Theologi, qui non sunt ex schola Divi Thomæ. Et adverendum, quod non in præsentia nos intendimus explicare omnia, quæ pertinent ad votorum solemnitatem, nec intendimus declarare an Summus Pontifex possit in illo dispensare. Hæc enim omnia (ut constat) sunt alterius loci. Solum igitur intendimus declarare ea, quæ pertinent ad illum locum, scilicet, an votum & efficacia ad dirimendum matrimonium contractum sit solemnitati religionis annexa. Ita quod non solum habeat vinculum & efficaciam ex natura sua ad impediendum matrimonium hoc enim satis habet votum simplex, vel ex alia causa ad dirimendum.

¶ Conclusio sit. Certissimum mihi videtur votum solemne religionis, non solum iure humano ecclesiastico, sed iure divino habere vinculum & efficaciam ad dirimendum matrimonium postea factum. Itaque hoc convenit illi ex natura rei juxta naturalis & divinum, & etiam iure humano. Hanc sententiam tenet expresse D. Thom. in hoc articulo, & in 4. loco immediate citato, & Magister Sententiarum 4. dist. 38. quæst. 2. artic. 1. D. Bonaven. dict. quæstione circa finem, Sylvester verbo votum 4. quæst. 1. & gloss. in cap. non 4. ad monasterium, de statu monachorum, & alii quam plurimi, qui citantur a Magistro Soto ubi supra, & quatuor discipuli D. Tho. Cajetan. excepto in hoc citato. Sed possem adde Cajetan. in opusculo quæst. 20. ubi quæritur an Summus Pontifex possit dispensare cum Sacerdote occidentalis Ecclesiæ, ut accipiat uxorem, quamvis teneat quod Summus Pontifex possit dispensare in voto solemni religionis, dicit tamen, quod votum solemne religionis per se dirimit matrimonium postea contractum, in quo distinguit votum solemne religionis a voto ordinis Sacri, illud enim per se dirimit matrimonium postea factum. Hæc conclusio diligentissime probanda est.

c. Si qs fuerit. 27. q. 1.

¶ Primo probatur ex ipso jure in cap. Si quis furio. 27. q. 1. Ubi Papa dicit, quod obligari potest votum solemne verbo Domini,

A et, & auctoritate Canonica sparsum. Ait enim: De illis, verbo Domini, & Canonica auctoritate in hac sacra Synodo præcipimus, ut virum sponsum ante non solemnizare humano Canone, quam Deo vivo, & mundo matrimonium delibutum per votum solemne Religionis, quod antecedit. Et in ea. Ne aliqua, eadem causa & quæstione, dum Cyprianus, & tale est similiter Christo. Constat enim hoc esse de jure Concil. Tridentini sess. 24. Can. 9. Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, &c. Vbi adverterendum, quod propter, scilicet, legem Ecclesiasticam, possit propter votum ordinis, qui ex lege Ecclesiastica dirimunt matrimonium. Secundum quod potest esse propter religionem, quorum oppositum in hac sua ex natura rei. Et Concilium considerando rationem aliam ergo habet votum solemne ex natura sua dirimendi matrimonium postea factum.

¶ Secundo probatur conclusio, ex traditione Ecclesiastica. Votum solemne religionis ante omnem legem Ecclesiasticam a quoquam Apostolorum habet istam vim, & efficaciam dirimendi, seu dirimendi matrimonium: ergo credendum est, quod hoc tenuerit Christus Dominus: ut scitetur quod illud habet ex natura sua iure divino.

¶ Tertio probatur conclusio. Nam castitas virginalis & continentia est essentialiter annexa, & connecta cum religione Ecclesiastica, ita ut religio non subsistat, & ex natura sua includat continentiam virginalem, ergo ex natura sua & iure naturali divino votum solemne religionis habet dirimere matrimonium. Consequentia est bona. Antecedens vero constat. Nam religiosus totum se Deo consecrat & immolat: ergo non potest partem sui vitæ dare, & alteri dimittere. Confirmatur argumentum. Quoniam (ut dicit Angelicus Doctor) in voto solemni religionis ex natura rei traditur, & exhibetur totalis corporis hujus actus: autem exhibitio ipsius corporis ex natura rei cum statu matrimoniali ergo jure naturali, & divino dirimit matrimonium. Consequentia est bona. Minor vero ibi manifesta.

¶ Quarto probatur hæc conclusio secun-

fum

Eius argumentum. Si ex natura rei votum solemne non habet efficaciam ad dirimendū matrimonium, magis qui votum simplex, (vt dicunt auctores contrarię sententię) sed solū ex Ecclesię statuto, fequitur, quod ex natura solemnis religionis non habeat efficaciam ad dirimendum matrimonium, consequens autem est falsum: ergo illud ex quo sequitur. Sequela probatur. Sit casus, quod Summus Pontifex non dispenset cum aliquo religioso in voto solemni religionis: sed quod solum tollat impedimentum illi obstans ad diriment. effectū quidē secundum authores opposita sua retinere possit facere, cum sit ex statuto Ecclesię, & talis religiosus contrahat matrimonium. Tunc sic. Etiam si ille talis religiosus peccet, validum est matrimonium contractum: ergo votum solemne religionis non habet efficaciam ad dirimendum matrimonium contractum, quamuis sit peccatum ponere votum simplex, quamuis sit peccatum contrahere. Falsitas consequētiæ constat ex eo. Cum ad matrimonii, sive expressè dicatur, quod abdicatio proprietatis sicut & castitatis ordinata adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere. Itaque illante religionē non potest, non ille annexa continentia.

¶ Quinto probatur conclusio optimo argumento. Votum solemne religionis non tantum dirimit matrimonium postea contractum (quod etiam fatis aperte declarat) verū etiam habet efficaciam ad dirimendū matrimonium ante contractum, & ratum, ergo non est cōsummatum (quod infra dicemus) sed illam efficaciam ad dirimēdum matrimonium ante contractum, non habet ex iure humano Ecclesiastico, sed ex iure divino vel iure naturali: ergo votum solemne religionis habet efficaciam ad dissolvendū matrimonium postea factum iure divino, & naturali: non ex natura rei. Consequentia est euidens: quia antecedens, vt patet in ordine suos discipulos consequens, & non inuersè relent. Confirmatur etiam ratione, quia magis est dirimere matrimonium ratum obligatū, quam impedire, illud ne efficiatur. Hinc enim constat, cur alias Ecclesia habeat ut plurimum ad dissolvendum matrimonium ratum non consummatum, & semper quod dissolvitur per ingressum religionis diuinæ vitæ authoritate Ecclesiæ, & non per illud

A eo & supernaturali vel naturali, quod videtur falsum, vt demonstrabitur infra. Confirmatur argumentum. Nam huius efficacia, quæ est dirimere matrimonium ratum non consummatum, non legitur aliquod fundamentum in vllo Concilio, non in aliqua lege Pontificia. Quæ loca Pontificum, quæ de ipsa loquuntur, cum efficaciam referunt ad Christum, vt patet cap. Verum, & cap. Ex publico de conuersione coniugatorum, & Canon Scripsit, & cap. Deponimus, & ca. Decretū 13. quæst. 2. quod explicabitur infra: ergo indicium est aperte, quod à Deo eorum habeat illa efficacia.

B ¶ Sexto probatur eadem ratio. Votum simplex castitatis, vel religionis ex natura rei habet efficaciam ad dissolvendā sponsalia postea facta: fortius enim videtur est peccatum Deo facta, quam promissio facta hominibus, de quo iam supra dictū est quæst. 45. ergo votum solemne religionis ex natura sua dissolvit, & dirimit matrimonium postea factum. Probatur consequentia. Nā sicut se habet votum simplex ad sponsalia, ita etiam votum solemne ad matrimonium postea factum: & sicut tale votum simplex est fortius vinculum, quam sponsalia: ita etiam votum solemne est fortius vinculū, quam matrimonium. Confirmatur fortiùs hoc argumentum. Si ergo solemne religionis ex natura sua ad habet virtutem, & efficaciam ad dirimendum matrimonium postea factum, sequitur quod ex natura rei solemne iure humano, & positivo sit vinculum fortius, quantum ad modum ligandi vinculum matrimonij quam non solemne. Consequens autem videtur distinctum, & absurdum, ergo illud ex quo sequitur. Sequela probatur. Nam loquimur inter naturale, & diuino vinculum non solemne nō dirimit matrimonium postea factū: sed ipsum matrimonium habet vim obligandi fortem ad reddendam debitam, non obstante voto solemni consentiente: ergo fortius vinculum est quantum ad modum obligandi matrimonium quam votum solemne. Probatur consequentia. Nam hac ratione D. Thomas articulo 1. docet, quod matrimonium quantum ad modum obligandi est fortius vinculum, quam votum simplex, quia per matrimonium traditur alteri in potestatem alterius, non autem per votum simplex: sed primitus, & ideo validum

est

a. Et ad primū de fine matrimonii.

c. Et ad 1 de consummatione & ing. & can. Scripsit, & can. Deponimus, & c. Decretū 13 quæst. 2

est matrimonium pro vero simplici.

¶ Itaque secundum nostram sententiam affirmandum est, quod votum solemne religionis ex natura sua est fortius vinculum, quam vinculum matrimonii, et quia excellentioris ordinis. Matrimonium autem est fortius vinculum, quam promissio seu votum simplex, quatenus quamvis votum simplex sit absoluta ordinis, cum sit promissio facta Deo, est tã sũ promissio, matrimonium vero est traditio, & exhibitio sui petii corporis. Cæterum votum solemne est etiam traditio, sicut matrimonium, vel habet rationem traditionis, & illa traditio fit Deo, in matrimonio vero fit traditio homini: & ita fortius vinculum est traditio voti solemnis, & ipsum votum solemne.

¶ Ex dictis colligitur, quod quamvis aliqui dicerent, quod Summus Pontifex potest dispensare in acto solemni religionis, (ut dicam aliqui authores) nihilominus vix debet dicere, quod votum solemne religionis ex natura sua divino matrimonium possit solvere. Nam difficilimum est dicere, quod votum solemne religionis non divinit matrimonium potius solum ex natura rei, quã dicere quod Papa possit dispensare in acto solemni religionis. Nam qui dicit, quod Summus Pontifex potest dispensare in acto solemni religionis, dicit, quod illum potestatem habet iure divino, sicut habet authoritatem ad dispensandũ in voto simplici iure divino. Qui vero dicit, quod votum solemne religionis nõ dirimit matrimonium ex natura rei, debet concedere, quod tum voto solẽni religionis possit fieri matrimonium, quod est difficilimũ. Vnde Caietanus in illo opusculo circa finem ait, quod Summus Pontifex potest dispensare in voto solemni religionis. Dicit tamen, quod votum solemne ex natura rei dirimit matrimonium possea factum. Itaque illum matrimonium ex natura sua habet repugnantiam cum voto solemni religionis.

¶ Ad argumenta facta in principio respondetur, & patet ex dictis. ¶ Ad primum argumentum respondetur concedendo antecedens, videlicet, quod votum solemne habet dirimere matrimonium ratione solemnitatis. Vnde argumentum nihil. Et ad probationem autoris ex illo texto dicendum est, quod illum non habet expositionem illius textus. Prima expositio est, quod loquitur Summus Pontifex de solemnitate accidentali, & consuetudinaria, non de illa substantiali & essentiali. Ad cuius exponentis intelligentiã quod vt dixi in 2. quæst. 88. art. 7. duplex est solemnitas in voto, alia accidentalis & extrinseca, vt benedictio sacerdotis, seu professio expressa coram solemni ecclesiastica persona, & huiusmodi, que pertinet ad habitudinem & quidditatem ipsius voti, que vel ipsa solemnitas & votum sunt ipsum. Igitur Summus Pontifex dispensat de solemnitate accidentali, non autem de solemnitate essentiali. Votum vero solemne ratione solemnitatis substantialis non accidentalis dirimit matrimonium. Et ad replicam factam in principio contra hanc solutionem, quæ est primum principale, dicendum ad secundam, quod est expositio est, quod etiam si religiosa est de solemnitate substantiali, loquitur Summus Pontifex de ea ratione, qua est iure solemnitas ecclesiastica, quæ quidem non est de iure humano positivo. Hæc tamen expositio non videtur mentem textus, ut satis est aliquibus dictis. Tertia expositio est, quod textus si intelligatur de solemnitate solemnitatis & essentiali ratione verba Pontificis verum habent, quod sola solemnitas sit inserta ordinatione Ecclesiæ. Id autem verisimile est Quoniam sola Christi Ecclesia a Spiritu Sancto edocta, & illuminata inserit voti solemnitatem etiam in voto religionis, quia quod a sola Deo solũ est, a sola Christi Ecclesia mediante est. Illa igitur de sola repetit, quod votum religionis ex iure divino naturaliter solum dirimat matrimonium. Et ad replicam, quæ fit contra hanc expositionem in textu expresse dicentur oppositum. Quarta expositio est, quod in potestate Ecclesiæ est solemnitatem etiam religiosam accipere quoad hoc, quod est hoc vel illo modo fieri. Quemadmodum in loco supra citato, votum solemne religionis quantum ad acceptationem dependet ab Ecclesia, & quantum ad hoc vel illo iure positivo, & obligatorio a Deo Ecclesiæ concessa vel in potestate Ecclesiæ quod non sequitur actualiter tale votum non inducat obligationem illam, & quod habeat efficaciam ad dirimendum matrimonium, sed ex natura rei habet illud dirimere.

¶ Secundo respondet huic argumento

Cum

Eccleſiæ ſpectabile dicere, quod quantùm ſa-
pientiæ per ſolam Eccleſiæ diffinitionem
ſit inductum, adhibendus tamen ſecun-
dum ſe naturæ ſpectantis matrimonium
poſſe ſubſtare. Et ad primum ergò dicen-
dum etiam conſecratio calicis nec in
ipſo Eccleſiæ ſanctæ conſilio, ſed in dei-
tate beneficiatur: ita etiam ſolemnitas rati
eſt ex eccleſiæ conſecratione, & tamen ori-
ginem in divina benedictione & conſecratio
ne. Et ita ſicut calix Domini conſecratus ex
propria natura repugnat profanis uſibus
ex ipſius conſecratione, ſic poteſtas ſolem-
nizet ex propria natura repugnat proprie-
tati eorum, & adhibet veneficia, & alia hu-
jusmodi, ut inquit Sanctus Doctor, 2. 2. q.
88. ar. 11.

¶ Ad ſecundum argumentum reſponde-
tur ſicut dictum eſt ad argumentum pre-
cedens. Ibi enim dicitur poſſe aliquid Eccle-
ſiaſtica regula non ſolum appellatur illa,
quæ ab hominibus eſt inducta, ſed etiam
illa, quæ firmata in Eccleſia, vel ab Apo-
ſtolis, & Chriſto inſtituta, vel ab aliis ſanc-
tis.

¶ Ad tertium argumentum quo arguitur
prima expoſitio poſita in ſolutio-
ne ad primum argumentum reſpondetur,
quod Boetius in illo loco non conſiderat
illam differentiam ab aſſignatam, ſed alia,
videlicet, quod ratum ſolemne religioſum
(ut dictum eſt) quantum ad acceptationem,
dependet ex eccleſiæ inſtitutione, & cauſa
quare eius indiſſolubilitas quodam mo-
do pendet ex tali inſtitutione: indiſſolubili
tas vero & vinculum matrimonii, non pẽ-
det in tali acceptatione. Item dicendum eſt,
quod prima ſolutio ſecunda ibi aſſignata,
eſt optima. Et ad replicam ibi factam dicen-
dum eſt, quod non eſt eadem ratio de ma-
trimonio. Nam indiſſolubilitas vinculi ma
trimonii non eſt inducta naturæ in Eccle-
ſia, ſed illa fuit & in lege veteri & in ſtatu
innocentiæ, ut conſtat ex ſupra dictis: ſed
ratum vinculi indiſſolubile non ſolemnis alia
quantum eſt per Eccleſiam, ut conſtat.

¶ Ad quartum argumentum reſpondetur, quod in eodem argumento dictum eſt
replicando, quod ratum ſimplex, & ſolemne
non differunt ſpecie (de quo diſputatur in
illo ar. 3. de quo) ſilicet quia tantum vo-
tum ſolemne ex natura ſua habet virtutẽ,
& efficaciam ad dirimendum ſubſequens

matrimonium ratione traditionis illi adi-
ctæ, non verò ratum Eccleſiæ. Illud tamen
ſine advertendum, quod quantum aliqua
duo ſint eiuſdem ſpeciei, nihilominus tamen
ex parte materiæ aliquid poteſt eſſe
intrinſecum uni, & non alteri: ſimiliter tamen
& ita ſunt eiuſdem ſpeciei, & nihilominus
aliquid eſt intrinſecum uni, & non ſo-
lum, & econtra. Similiter lux in ſole & in
aere ſunt eiuſdem ſpeciei, tamen lux in ſo-
le eſt illi intrinſeca, & propria paſſio ejus:
non verò in aere licet in nonnullis ſpon-
ſalibus de futuro & matrimoniis ſint eiuſ-
dem ſpeciei in ordine ad virtutem inducti-
vam ſint matrimonium eſt quidam con-
tractus indivis, ita etiam ſponſalia nihilo-
minus tamen matrimonium obligandi hi-
bet contractus matrimonialis, qui inducit
vinculum perpetuum, & indiſſolubile, qui
ſponſalia, quæ inducunt vinculum diſſolu-
bile. Non ſimiliter in propoſito, votum
ſimplex ſolemne ſunt eiuſdem ſpeciei in
ordine ad virtutem religionis: nihilomi-
nus tamen votum ſimplex non habet ex
natura ſua diruere matrimonium ſubſe-
quens, votum verò ſolemne habet virtu-
tem, & efficaciam ad dirimendum matri-
monium ſubſequens, & hoc ex natura ſua,
ratione adjuncta malitiæ, quæ eſt intrin-
ſeca nota ſolemnitatis. Similiter dicendum
eſt de lux in sole, & lux in aere. Lux enim
ſolis lux ex natura ſua habet virtutem, &
efficaciam ad lucem producendam, & ob
hoc lucida, non verò lux aeris, & ſic ma-
trimonium ex natura ſua habet virtutem
& efficaciam ad diſſolvendum ſponſalia præ-
cedentia, non verò contractum ſponſalio-
rum: quæ omnia ſatis ſimplex declara-
bunt.

¶ Ad quintum argumentum, quod eſt
replica contra ſolutionem præcedentis ar-
gumenti, reſpondetur, quod malitia quæ
in ſit accidentaria non ſolemni in ratio-
ne ſpecifica ejus, non tamen eſt omnino ex
trinſeca, & accidentalis voto ſolemni ſimpli-
citer, ut votum ſolemne ſit potius eſt in
trinſeca, ut in exemplis poſitis aliquæ con-
ditiones ſunt intrinſecæ uni, quæ non ſit
intrinſecæ alteri, & econtra: & lux ſolis
aliquid eſt luminoſum ſolo ad principia
eſſentialia ſolis, quod tamen non eſt intrin-
ſecum luci aeris. Et denique, matrimonii con
tractus qui eſt eiuſdem ſpeciei cum contra
ctu ſponſalitio, aliquid eſt intrinſecum,

A

B

C

D

ſcilicet,

sollice, traditio, quæ carnem non est elevata
in contractu sponsalitio nec immissa
& ita votum solemne in ratione voti abso-
lute totam suam rationem specificam habet
sine ratione traditionis: non tamen omnē
suam rationem suæ illa & ita habet divine
ac sanctificatam ratione traditionis, quæ
est illi intrinseca quia rationabilem traditio
nis habet repugnantiam cum matrimonio.
Et experimur in tali Theologinum Roma
in ratione hominis absolute loquendo se-
cundum suam rationem specificam non ha
bet repugnantiam cum peccato, nec ab il-
lo pendella gratia per modum proprie pas
sivitatem est homo sollicet, Christus in
ratione humanæ hominis, & ex ea humani ho-
minis & ex natura illius habet repugnan-
tiam cum peccato, & est rebus origo gra-
tiæ per modum proprie passivum. Quoniā
aliquid intrinsecum includit ille homo in
ratione humani hominis, quod non includit
homo secundum suam speciem. Non dis-
similiter in proposito votum solemne in ra
tione voti absolute, & secundum suam spe
ciem non includit aliquid, quod repugnet
cum matrimonio, ita vt dicatur illud
ex natura rei cum voto solemne in
ratione voti solemnis habet aliquid mon
strosum, cum repugnet matrimonio: ita
ut divinum illud ex natura rei, & hoc,
quod includit, ab ipsa traditio. Et per hoc
respondetur ad confirmationem huius ar-
gumenti.

¶ Ad secundum argumentum, quod est re-
plica contra eandem solutionem, animadver-
tendum est, quod in solemni
religionis voto duo intelligimus. Alterum
est totalis traditio ipsius hominis, per quā
tradit se totum Deo, & consequenter in se
ipso tanquam in principio & radice tradit
omnia sua, conjecturam, perfectum, ope
dientium, & omnia opera, quæ ab ipso reli
giosi deinceps sunt facienda in tota vita
professa. Alterum est promissio horum ope-
rum quæ postea faciendi sunt. Eorum quo
rum illa opera sunt in futuro tempore fien
da & exhibenda in scipso & in actu, ideo
oportuit quod posset unaquæque illarum ope-
rum sua habitum in principio, & radice se-
quentium promissio eorundem in scipsis.
Considerandum enim est adhuc, quod tra-
ditio & exhibitio propria & in rigore non
potest esse respectu rerum, quæ non

fiunt actualiter enim non potest tradi
& tradere, nisi quæ alio habet ipsa re
ro rerum, quæ adhuc non sunt facta sicut
in radice, & in potentia ex quibus pro-
missio non distat. Igitur in homine alia
est corporalis rerum alienarum, ut libri,
vestis &c alia huiusmodi, quæ sunt radi-
cem quidam, quæ in virtute consecra-
tionis, & in voto solemni omnia alia vota
sunt homo, dum primo habens rationē
principij respectu actuum & operationū:
earum ipsis operationes non tradit ha-
bitum, quoniam adhuc non habet illa, & ideo
promittit illas, & respectu illarum est pro-
missio: quamquam illa promissio consequa-
tur quodam modo ad traditionem, qua ea
dantur principia illarum operationum: ut
ibi cum traditur, ipsæ operationes virtuali
ter. Et ita dicunt Theologi, quod votum
solemne religionis est traditio antecedā-
ter & constitutiva, non formaliter, ut propriè
loquamur. Nam illa traditio est causa illius
voti & promissionis, & in illa ultimata re-
latio continetur, & virtualiter tanquam in
causa, & radice. Et ita traditio, quæ est in
voto solemni religionis non est alterius spe
ciei à promissione voti simplicis: nam tra-
ditio illa pertinet ad ejusmodi religiosis
formaliter loquendo, ut eidem quædam im
molata, & tradita Deo abdita. Quibus pa
tet ad argumentum in forma cum dicitur an-
tecedenti negatur consequentia prima. Et
ad probationem dicendum est, quod ratio
traditionis & ratio promissionis si sint re-
spectu eiusdem rei, habent repugnantiam:
& si res aliqua traditur non promittitur,
& econtra: earum promissio respectu va-
rias rei, & traditio respectu alterius non
repugnant. In proposito verò traditio, &
promissio (ut dictum) sunt respectu di-
versorum. Nam est traditio respectu eorū,
quæ acta sunt in homine, promissio verò
respectu operationum quæ actu non ha-
bet, sed futuræ sunt.

¶ Ad confirmationem respondetur quod in
voto solemni est traditio rerum hominis, quā
tum ad id, quod actu habet, & in ratione ta-
lis primi habiti, quantum ad id quod non
habet actu: sed est in potentia in ipso ho-
mine, ut sunt operationes.

¶ Circa omnia dicta in hoc articulo ad-
vertendum est, quod quilibet potest vo
tum solemne religionis, præter hoc quod

nihil

Quod si non habet, & grave peccatum committit, quia non tenetur dare ipsi sponsæ, ita habetur in Clementina vnica de consanguinitate, & affinitate, quam replicat Caiet. verbo excommunicatio, c. 17. de qua non dicemus infra: & in aliis casibus capitalia reperitur homicidæ excommunicabilis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm ordo impediat matrimonium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ordo non impediat matrimonium. Quia nihil impedimenti affert consortio: sed ordo non est contrarius matrimonio, cum virtus sit sacramentum; ergo non impedit ipsum.

¶ 2. Præterea. Idem ordo est apud nos & apud Ecclesiam Orientalem: sed apud Ecclesiam Orientalem non impedit matrimonium: ergo &c.

¶ 3. Præterea. Matrimonium significat coniunctionem Christi & Ecclesiæ: sed hoc præcipuè competit significare in his qui sunt membra Christi, scilicet, fidelibus: ergo ordo matrimonium non impedit.

¶ 4. Præterea. Omnes ordines ad spiritualia ordinantur, sed ordo non impedit matrimonium spiritualem: ergo si ordo impedit matrimonium quilibet ordo impedit, & falsum est.

¶ 5. Præterea. Omnes ordines participant ecclesiastica beneficia habere, & participant clericali gaudere æqualitate. Si ergo propter hoc ordo matrimonium impedit, quos vxorati non possunt habere beneficium Ecclesiasticum nec gaudere priuilegio clericali, vt furtiua dimissio: videtur quilibet ordo impedire debere. quod falsum est: nec patet per Decretum Alexandri clerici coniugati, & sic nullus ordo (vt videtur) matrimonium impedit.

SED contra est quòd Decretalista

A q. 2 in Subdiaconatu & alijs superioribus ordinibus vxores accepisse non permittuntur vxores dimittere compelluntur. Quæ non esset si esset vinculum matrimonii.

¶ Præterea. Nullus videtur posse matrimonium contrahere; sed quidam ordines sunt qui habent non tantum cõtinentiæ annexã, sed expressam, vt patet, quòd ordo matrimonium impedit.

RESPONDEO dicendum, quòd ordo facit de se vacare ab quadam congruentia, quod matrimonium impedire debeat, quia in sacris ordinib. constituti sacra missæ & sacramenta tractant: & ideò decuit eos a matrimonijs corporalibus per continentiam se seruare. Sed quod impediat matrimonium, ex constitutione Ecclesiæ habet, tamen aliter apud Latinos quam apud Græcos: quia apud Græcos contrahit matrimonium vterque conthoralem sibimet ex ordinis: sed apud Latinos impedit ex ordinis, & vlterius ex noua coniunctione, quod ille ordinibus sacris annexa quod tamen si quis verbo tenus non emittat ex hoc ipso quod ordinem suscipit, secundum ritum Occidentalis Ecclesiæ intelligitur emisisse: & ideo apud Græcos & alios Orientales sacer ordo impedit matrimonium contrahendum, non tamen matrimonij prius contracti: possunt enim matrimonium prius contractum non petere, quamuis non possint matrimonium denuo contrahere: sed apud Occidentalem Ecclesiam impedit matrimonium & matrimonium petere, vt patet per Decretalem. Vide Decret. dist. 31. cap.

B

C

D

Vide Decret. dist. 31. cap.

In Decretali. 12. de. super quæst. 3. ar. 3.

AD primum ergo dicendum, quod quamuis ordo facere non habeat contrarietatem ad matrimonium in quantum sacramentum, habet tamen aliquam grauitatem quandam ad ipsum rationem alterius: sicut quæ spiritualia alterius impedit.

AD secundum dicendum, quod dis-

Dec. dist. 31. c. 2.

tho præcedit ex falsi Ordinum obtu- A
batur versum annexum.

Ad D tertium dicendum, quod illi
qui sunt in sacris ordinibus significãt
Christum nobiscum, ultra quæ potest ex
dictis in tractatu de ordine patet. quare
illi qui sunt matrimonio contracto : &
adest ratio non sequitur.

Ad D quartum dicendum, quod illi
qui sunt in susceptibus ordinibus consti-
tuti, ex vi ordinis non prohibentur non
transire ulterius: quia quamvis
ordines illi dignitatem ad aliquam spiritua- B
lem, non tamen necessitatem habent ac-
cessionem ad tractandam sacra, sicut illi
qui sunt in sacris ordinibus ipsa sic ex-
cercere tenentur. Unde ecclesia ma-
trimonii sibi ex necessitate ordinis non
facit impedimentum propter firmandam matri-
monii bonitatem in officio ecclesiæ: & ea
quia aliquis ex benefacto ecclesiastico re-
net ad excommunicationem ordinis : & ex
hoc ipso prohibetur ab gaudio, nisi
hoc apud Deum vel ecclesiam dispensetur
fortasse. Et per hoc patet solutio ad ul- C
timum.

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Ordo sacer ex natura sua habet quandam congruentiam, vt impedat matrimonium. Ratio D. Thom. est. Nam ille, qui sacr. constituti in Sacris ordinibus, tota vita & tota mente tradere Deo debent, ergo ex natura rei impedit matrimonium cum se quæ sunt mundana etiam corporalia, ergo &

¶ Secunda conclusio. Ordo sacer ex ista- D
tuto Ecclesiæ habet, q̃ de facto impediat, & dirimat matrimonii postea contractum. Vt in hoc est aliqua differentia inter Sacerdotes Orientales, & Græcæ Ecclesiæ, & Ecclesiæ Latinæ.

¶ Tertia conclusio ad quartũ Minores ordines nõ impediũt matrimonium. Nã quia illi ordines spirituũ hominem ad aliquã spiritualẽ, nõ tamen immediate habent accessum ad tractandum sacra, sicut illi qui sunt in sacris ordinibus ipsa sic exercere tenentur. De hoc artic. in 4 dist. 37 & D. Thom. hic, q. 1. art. 2.

¶ Circa illum art. 3. principaliter est, q

Angelicus Doctor disputat in Addendis ad hunc locum, quando accidit ei mutatio. Et certa res est, q̃d si vxor fuit matrimonium rata et non consummata potest facere ingressum religionis et emittere vota, et ordinem in c. 1 & 2. Qui clerici, vel voluntarie, & in c. 1 de conversione Conjugatorum. Ita Clementina vnica de Observantia, & communiter : & videtur in Clem. Tribus. q. 1. can. 9. vbi hoc dicitur expresse. Imo ad mentem, quod ille qui obtinuit in Ecclesia ordinis sacrati matrimonium, potest facere q̃ valide faciat, & absolvi matrimonium, & excommunicationis ipso facto, vt dicitur in Clementina vna de Observantia & alibi citata. Imo qui se contulit religioni, vt patet c. 1. & aliqui dicunt de necessitate, vt dicit Cajetanus q. 4. Dicunt. part. 3. Ch. q. 30. a. 1.

¶ Dubium tamen est circa primum. Nã solũ impedimentum sit ordo sacer impedimentum, & dirimat matrimonium facere naturale, & divinum, an etiã iure humano. Et videtur q̃d ita ex naturali ratione. Et cõfirmatur ex Clementina vna de Observantia, & cõfirmatur in c. 1 de Conversione Conjugatorum.

¶ Primo arguitur. Quia ut dicebatur in articulo præcedenti, vnus Clericus religionis iure naturali, & divino impedit. & dirimit matrimonium postea factũ, quatenus ex natura rei habet se totum tradere Deo, vt dictum ergo si impedit, & dirimit matrimonium ex natura rei. Cõfirmatur. Nã si per ordinẽ Sacrũ homo tradit se totum Deo, ergo ex natura rei repugnat eadem illa ei traditione, quã tradunt mihi in matrimonio ac debitũ reddere. Ita Sanctus Thomas, q. 1. art. 2. ad 4. Dicendum, quod ille qui ordinem sacrum suscepit, ex hoc ipso quod ordinem suscepit, se totum Deo tradidit, & ideo non potest ei reddere debitum matrimonii, quod est de his quæ ad hominem pertinent, quæ quidem tradidit Deo, quando ordinem suscepit. Ergo ex natura rei impedit, & dirimit matrimonium postea factum.

¶ Secundo arguitur & confirmatur ex Innocentio primo Epistola 2. ad Victricium Rotomagensem, & ex Leone primo Epistola 87. ad Rusticum Narbonensem, vbi dicit, quod vetũ fuisse Patres matrimonium postea contractũ, sine dubitatione facere per susceptionem sacri ordinis, nec per consequens ergo significat Sanctus Petrus Damianus, quod habeat q̃dam virtutem ad dirimendum matrimonium postea factum. Sed vetũ fuisse ex natura rei iure naturali, & divino dirimit matrimonium postea factũ, (vt ista docuerunt) ergo fuisset vetũ fuisse matrimonium per susceptionem sacri ordinis.

¶ Tertio arguitur. Videtur de ista opinione posse. Quæstio talis fuisse. Ille qui ante Sa-

ne eſt perfectior, quam illam religioſorū
ne per ſe eſt meritoria illam religioſorum
non dicimus habet annexam contrarietatem,
ſalvo quod ex natura ſua non ſibam impe-
diat, neque etiam dirimit matrimonium
poſita factum, ut diximus ad 2. articulo
præcedenti: ergo ſimiliter illum epiſco-
pum.

¶In hac diſtinctione aliqui nostri caſti
gant, quod ordo ſacer ex ſola matrimonii
ſupervenientis nullitate & diſſolvitur ſimi-
liter, ſicut votum ſolemne religio-
nis ex natura ſua impedit, & dirimit matri-
monium ita etiam ordo ſacer. Hanc ſen-
tentiam tenet Thomas Vualdenſis lib. de
ſacramentis, cap. 128. & cap. 129. Hanc etiam
tenet Victoria, lib. 2. de potestate ecl. cap.
4. & 5. usque ad 13. & Major in 4. diſtinct.
24. quæſt. 2.

¶Ita non obſtantibus, ſi prima concluſio. Ordo ſacer non impedit, & dirimit ma-
trimonium poſtea factum ante diuino, &
ex natura ſua. Hæc eſt communis ſententia
omnium Theologorum & Interpretum
Juris tenet in primis D. Thom. in hoc ar-
ticulo, & in 2. 2. q. 88. art. 7. ubi expreſſe di-
cit, quod ſolemnitas ordinis facit eſt de ju-
re poſitivo, eam tenet Cajet. ibidem, & in
opuſculis in quæſito illo 24 nobi interrogat
utrum Summus Pontifex poſſit diſpenſa-
re cum ſacerdote occidentali Eccleſiæ, ut
ordinet uxoratum. Hanc etiam ſententiam
tenet Magiſter Soncin. in 4. diſt. 38. art. 1. &
Ioan. de indictis & jure q. ultima articula
ultima, & omnes diſcipuli D. Thom. Cajet.
AD tertium dicendum, quod in hoc duplex fuit error: Quidam enim dicunt quod licite repudiatam vere recuperare, nisi in matrimonio alterius vere effet unita. Hoc enim propter adulterium cui se mulier voluntarie subdit, in primam dabatur regressus ad priorem virum non redire, sed quia lex humana talem prohibet: & in

A dicitur alij quod etiam accipiens alteram uxorem non potest eam recuperare, quia pollutae non est similiter uxorem ad culpam secundum quod dictum est.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est negativa. Ratio eiusdem in lege de libello repudij dabatur permissio, videlicet dimittere uxorem, & eandem dimissam alteri nubere, & duo prohibita scilicet, scripturam libelli repudij, & quod eandem repudiatam iterum accipere non posset: quod quidem secundum eos qui tempore primae fornicationis facta pertinet, sed secundum alios illud tantum est ut vir non de facto eam uxorem repudiatam quam pollutam aliquo modo recuperare posset.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum causa repudij sit odium uxoris.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod causa repudij sumi debeat ex parte uxoris. Secundum hoc quod dicitur Matth. 3. Si odio habuerit eam dimittet illam.

¶ 1 *Praterea.* Dicit. 11. dicitur. Cum reprehenderit gratianus in eodem quod propter aliquam foeditatem, &c. ergo videtur quod prius.

SED contra: Seruitus & foeditas ex magis contrariantur matrimonio quam odium, ergo ille potius debuerunt esse causa repudij, quam odium.

¶ *Praterea.* Odium potest causari ex virtute eius qui odio habetur, ergo odium est sufficiens causa, cum non sit possibile repudium propter virtutem eius quod est absurdum.

¶ *Praterea* Dicitur. 11. distinct. Si dimissa est uxor odiosa, & pulchra vult

ædes habuerit, & obiecerit ei stuprum ante contingisse, si in probatione defecerit verberabitur, & centum siclis argenti condemnabitur, & non poterit eam dimittere omni tempore vita sua: ergo videtur non esse sufficiens causa repudii.

RESPONDEO dicendum, quod causa permissiua repudiandi uxorem fuit ut eis vxoricidij, vt Sanctus communiter dicunt. Proxima autem causa homicidij est odium: & ideo proxima causa repudij est odium, sed aliqua ex alia causa causatum, sicut & amor: & ideo oportet istam aliquam causam repudij penitus remotam, quæ erant causæ odij. Dicit autem Augustinus in glo. Deuteronomii 24. Multa erant in lege causæ dimittendi uxorem, solum Christus fornicationem excepit, cæteras molestias tulit pro fide, & constanter tolerare iussit. Hic autem causa intelligitur omnis fœditatis in corpore: puta infirmitas vel aliqua incurabilis macula, vel injectio ignis fornicarij, vel aliqua huiusmodi, quod in moribus inhonestorum facit. Sed quidam hæc causæ magis coarctant sacra probabiliter dicentes, quod non licebat repudiare nisi propter aliquam causam post matrimonium superuenientem, nec propter quamlibet talem, sed propter illas solum quæ possunt bonum prolis impedire: vel in corpore, per sterilitatem, aut lepram, aut aliquid huiusmodi: vel in animo, vt fœditas malorum morum, quæ filij ex conuersatione ad ipsam inualescerent. Sed quædam glo. super illud Deute. 22. Cum vñ uxorem duxerit &c. videtur magis arctare, scilicet ad peccatum, cum dicit ibi per fœditatem peccatum intelligitur: sed peccatum gloriantur non solum in morbo animæ, sed etiam in macula corporis. Sic ergo prima dicta remittimus.

AD tertium dicendum, quod licet homo et alia homicidij sint causa odij, & sic sunt causa remota.

AD quartum dicendum, quod præceptum Domini in secundo lib. 15.

Intelligitur.

A præceptum non est aliquis addidit per se loquendo, quia breuiter illi causa mortis: & ideo vana non curat.

AD quintum dicendum, quod dilectio in personam uxoris quod non possit in perpetuum repudiare uxorem in suis casibus, sicut etiam in alio casu quando per dona deseruit.

SVMMA ARTICVLI.

B PRima excludit Proxima causa repudij est odium. Ratio cit. Nam proxima causa homicidij est odium.

¶ Secunda conclusio. Multæ erant in lege causæ remotæ dimittendi uxorem inhonestatem in corpore, vel aliqua morbida macula.

ARTICVLVS VII.

¶ Verum causæ repudii debebāt in libello scribi.

C AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quod causæ repudii debebant in libello scribi. Quia per libellum repudii scriptum in prima legis solebat fieri, sed lex veteris videtur principaliter circa causas sufficientes repudii assignatas: ergo oportebat illas scribere in libello.

¶ 1 Præterea. Ad nihil aliud illa scriptura valere videbatur, nisi vt eam se repudiasse testaretur: ergo si non in scribebantur, frustra libellus illis redebatur libi. Præterea. Hoc Magister dicit in littera.

D SED contra. Quia causæ repudii erant quædam sufficientes, aut non sufficientes, præsumebatur mulieri mitti ad secundas nuptias quæ ei secundum legem concedebantur. Si insufficientes, illi redebatur libellus repudium, & sic repudium fieri non poterat: ergo nulla causa repudii ibi in specialis inscribebatur.

Intelligitur.

Ex. 4. sententiarum dist. 33.

RESPONDEO dicendum, quod causa repudij in speciali non fuerit exprimenda in libello sed in generali, ut videlicet fuerint causæ repudiandi, & secundum Scripturam mulier habeat libellum repudij quem ostendere habeat si forte contra virum de repudio aliter habere posset, aliàs enim si traditio non fuisset facta secundum eam regulam valitura: primum ergo quod exigitur ad libellum formandum est generalis causæ libelli formatio, & consilio sapientum discussio pro ad propositum repudiandi differt. Et propter hoc patet solutio ad obiecta.

li. 4. tit. 9. c. 6.

Lig. contra Iud. li. 16.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio. Causæ repudij in speciali non fuerint exprimendæ in libello sed in generali, ut videlicet fuerint causæ repudiandi, & secundum Scripturam mulier habeat libellum repudij quem ostendere habeat si forte contra virum de repudio aliter habere posset, aliàs enim si traditio non fuisset facta

¶ Circa hoc articulum potest esse dubium, an quæcunque de causa huiusmodi libellum repudij: ad cuius intelligentiam Doctores Scripturæ Deuteronomii 24. & Matth. 5. & Scholastici in 4. libro. D. 35. videntur quæstionem videntur quod quicunque velit filios legitimos habere, ex quacunque causa virum si nulla alia specialis obstaverit: eam sufficiens causa repudij. Ratio est, quia repudium conceditur ad vitandum incommodum: ergo quod cunque erit sufficiens causa vitandi. Videntur etiam sancti circa illos articulos. Dicta in articulo 3.

C

QVAESTIO LXVIII.

De filiis illegitimè natis.

Tract. 4. dist. 42. q. unica. artic. 3. quæst. 1. & seqq.

DEinde considerandum est de filiis illegitimè natis. Et circa hoc quæruntur tria. Primo, utrum qui nascuntur extra verũ

In Addit. ad 3. Partem

matrimonium sint illegitimi. Secundò, utrum illegitimi filij debeant ex hac damnum reportare. Tertiò, utrum possint legitimari.

D

ARTICVLVS PRIMVS.

¶ Vtrum filij qui nascuntur extra verum matrimonium sint legitimi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod filij qui nascuntur extra verum matrimonium sint legitimi. Quia secundum leges naturæ legitimus filius dicitur: sed quilibet ex istis secundum leges naturæ videtur esse legitimus: ergo quilibet istorum dicitur legitimus.

¶ 2. Præterea, Communiter dicitur quod legitimus filius est de legitimo matrimonio, vel de eo quod se facit ecclesia legitimum reputare: sed contingit quandoque quod aliquod matrimonium legitimum reputatur in facie ecclesiæ quod tamen reprobatum est in facie ecclesiæ, & forsitan nobis, & impedimentum matrimonium legitimum nobis in facie ecclesiæ, nec quo per ecclesiam non prohibetur: ergo filij extra verum matrimonium nati non sunt illegitimi.

SED contra, illegitimum dicitur quod est contra legem: sed illi qui nascuntur

sunt

ſunt ex ſola matrimonio natum, naſcuntur tamen a legem: ergo ſunt illegitimi.

RESPONDEO dicendum, quod quadruplex ſtatus eſt filiorum. Quidam enim ſunt naturales, & legitimi, ſicut illi qui naſcuntur ex vero, & legitimo matrimonio. Quidam naturales, & non legitimi, ut filij qui naſcuntur de ſimplici fornicatione. Quidam legitimi, & non naturales, ſicut filij adoptivi. Quidam vero legitimi nec naturales, ſicut ſpurij nati de adulterio, & de ſtupro. Tales enim naſcuntur, & contra legem poſitivam, & contra legem naturæ exiſtentes.

AD primum ergo dicendum, quod quamvis illi qui naſcuntur ex illicito coitu, naſcantur ſecundum naturam, quæ communis eſt hominibus, & omnibus animalibus, tamen naſcuntur contra legem naturæ quæ eſt propria hominibus, quia fornicarius, & adulteratus & huiuſmodi, ſunt contra legem naturæ & ideo tales ſecundum nullam legem ſunt legitimi.

AD ſecundum dicendum, quod ignorantia excuſat illicitum coitum a peccato mortali ſic affectata. Unde illi qui cum amicâ bona fide in facie eccleſiæ quæ non ſit impedimentum, contrahunt ignorantes non peccant, nec filij ſunt illegitimi. Si autem ſciant quamvis peccatum ſubſequatur, quia ignorant impedimentum non excuſantur a peccato, nec filij ab illegitimitate. Si autem noſcunt, & in eccleſia contrahant, non excuſantur, quia talis ignorantia malitiæ affectata.

¶ Tertia concluſio ad ſecundum. Quod veniunt bona filij in facie eccleſiæ quæ ſi impedimentum, dum tamen ignorent, non peccant, nec filij ſunt illegitimi.

¶ Pro explicatione huius notandi primo, q̃ vt proles ſpuriata cenſeat legitima, non eſt ſatis q̃ ſecundum communẽ naturæ legẽ ex vtro & ſemine eiuſdem ſpeciei naſcatur, ſed oportet q̃ originem ducat ſecundum leges matrimonij grati humano diuinitus oblecti. Sufficit ergo q̃ matrimonij fuerit ſit legitimi, aut filius ſecundum eccleſiæ aſſumptionem. Vnde ſequitur quod illegitimus concubitus non ſubfuit vt proles illegitima ceſſaret, puta ſi eſt illicitus propter votum coniugum. Si enim coniuges poſt matrimoniam conſummatum poſtea ſimul profeſſionem, & iterum ſuſciperent filios, quia congreſſus ille eſſet ſacrilegus, filij concepti legitimi quia adhuc perſeverat vinculũ matrimonij vt dicit Palud. quæſt. 3. articul. 1. Secundo notandũ, q̃ filij illegitimi ex iure naturali indecentiam quãdam habent, vt vtor omnium gẽtiũ probat, & tanto maior quanto congreſſus poterit facere citra fornicationem peior congreſſus eſt adulterium, quã ſimplex fornicatio, & ideo eſt de ſtatu legis legis autem humanæ ciuitatis filios a publicis officijs & honoribus excludere, & ex dictis patet, adeo quanto congreſſus eſt turpior, tanto lex grauius decernit. Vnde filij qui naſcuntur ex ſimplici fornicatione dicuntur naturales, & vocabulum ſanctæ matris eccleſiæ: autem vero illegitimi dicuntur quem alibi ſtatus ſanctæ legis humanæ fuit duplex. Prima ne in publicis muneribus eſſet macula ciuilis tutiorem curam deſpicere Secunda, ut ad hoc ſexus cohiberet potentiã incitamenti, & fieret ſatis gẽtium publicis honoribus indignum eſſe.

SVMMA ARTICVLI.

PRima concluſio eſt affirmativa. Quoniam tales filij ſunt contra legem.

¶ Secunda concluſio ad primum. Quamuis illi qui naſcuntur ex illicito coitu naturam ſecundum naturam, quæ communis eſt hominibus & omnibus animalibus, tamen naſcuntur cõtra legẽ naturæ quæ eſt propria hominibus: & ideo tales nõ ſunt legitimi.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum filij illegitimi debeant aliquod damnum reportare.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod illegitimi filij nõ debeant aliquod damnum reportare. Quia filius non

debet punire pro peccato patris, nisi per sententiam Domini. Ezechiel. 18. sed quod ille mastaber ex illicito coitu non est peccatum proprium, sed peccatum patris: ergo ex hoc non debet aliquod damnum incurrere. A

¶ 2. Praeterea. Iustitia humana est extricta & districta, sed Deus aequaliter largitur bona naturalia legitimis, & illegitimis filiis: ergo, & secundum iustitiam humanam filius illegitimus debet legitimis aequari. 1.

SED contra est quod dicitur Gen. 22. quod Abrahamo dedit omnia bona Isaac, & filiis concubinarum dedit dona et recessit a & tamen illi non erant ex illicito coitu nati ergo multo magis debent illi qui ex illicito coitu nati sunt hoc damnum reportare, quod non succedant in bonis paternis. 2

RESPONDEO dicendum, quod aliquis dicitur damnum incurrere dupliciter. Uno modo per hoc quod ei subtrahitur quod erat ei debitum, & sic filius illegitimus nullum damnum incurrit, alio modo per hoc quod ei aliquid non est debitum, quod alias patrem esse oportuisset: & per hunc modum damnum incurrit duplex, unum quia non admittitur ad alios legitimos filios ad officia & dignitates quas regni unus aliquam hereditatem in illis qui hoc exercent: aliud damnum incurrit quia non succedit in hereditate paterna. Sed naturalis filius succedere potest in aliqua parte tantum, sponsalitium in nulla parte, quamvis ex iure naturali parentes eis in necessariis providere teneantur. Unde patet responsio ad secundum: quia licet naturaliter non sequatur ad hoc quod sit praelatus &c. B

AD primum ergo dicendum, quod inaequalitas illa non facit quod non sit poena, sed quod non sit poena quae aliquis non succedit in regno alii per hoc quod non est filius regis. Et similiter non est poena quod illi filii legitimi non debeantur ea quae sunt legitimi naturales filiorum. C

AD secundum dicendum, quod naturaliter illegitimus non est contra legem inquantum est actus generationis naturalis, sed inquantum ex praecedente malitia procedit: & talis filius illegitimus non potest ex damnum hoc quod per voluntatem patris est praeditus. D

SVMMA ARTICVLI.

PRima conclusio. Filius illegitimus nullum damnum incurrit talem quod labefactari quod erat ei debitum.

¶ Secunda conclusio. Filius illegitimus damnum incurrit per hoc quod labefactari quod non erat debitum.

¶ Circa illam autem quae dicit naturale. Vnde filii illegitimi tenentur ex obligatione naturali subire condemnationem publicam? Videtur quod non. Primo lex illa non penalis, sed ad legem penalem non tenetur quis nisi ex condemnatione praecedente: ergo. Secundo. Fieri potest quod filius illegitimus non possit eam legem servare sine magno detrimento proprio, & injuria notitiae, ut puta si ei esset in perfectione hereditatis quando est defectum sed lex humana ob aliquam tam grave detrimentum cessat. Tertio. Si enim lex naturalis inconsentanea fuisset, sequitur quod non sufficeret dispensatio Papae, ut posset subire hereditatem tali conditione. Patet sequela, quia Summus Pont. non dispensat in lege civili, contingens autem videtur esse contra legem naturalem exercendo illam, ut qui filii sunt legitimi, ergo.

¶ In contrarium est quod lex illa Iustiniani, & similis sunt inducentes aliquam legem iustae obligantis in conscientia, ergo.

¶ Pro una conclusio. Nulla lex humana potest per quamcumque partem irritare filios illegitimos naturaliter habilitatos. Haec conclusio probatur. Nulla lex humana potest derogare legi naturae cui ex se omnes tenentur, sed ex lege naturali imponitur ut potentes obligentur providere filiis, ergo per nullam legem humanam potest removeri. Omnia ista patent. Vnde notabile est quod licet humanae leges aliquem obligationem imponant illis qui potuit circa huiusmodi filios

eo quod eſt contrahi matrimonium regulariter ſtando in lege naturali ſi potuit naturaliter conſtare bona eſſe illarum nuptiarum, ſemper conſtare poteſt, tenetur coniux infidelis prædicare, & alias magis quæ naturæ, quam ſe poſitiuæ conuenire ad eam generandam ſunt. Nec ſatis eſt quod obijciant, illi poſſe adhiberi ad vitam, ſed oportet etiam quod ad inſtitutionem eius ſatis naturaliter conferant. Secundo verò, quod hæc inſtitutio regulariter eſt adhibenda per ipſos patres, & in communi doctorum: ſed quando ex manifeſtatione paternitatis ipſis oriretur infamia non leuanda, ſatisfaciunt naturali obligationi ſi dent operam quod per alios educentur, & inſtituantur quemadmodum ſuos ſi eſſent adoptaſſent. Et hæc eſt alia ratio propter quod filii adulterini in legibus ſunt naturales: quia regulariter non poſſunt bene inſtrui, unde Sap. 3. ab iniquo thoro ſemen extirpatum Sapient. 3. dicitur.

¶ Secunda concluſio. Omnes leges humanæ, tam canonicæ, quam ciuiles obligant in conſcientia filios illegitimos ante iudicis ſententiam. Ad cuius euidentiam notandum, quod duplex ſunt quæ delinquunt ciuibus alicuius reipublicæ: quædam ex rigore iuſtitiæ, ſeu ex ea quæ ſuas ſeruatis ad alios eandem mutuo debentur pactis ex benignitate legis, ſeu ex illa quibus aut priuilegium aut fauor aſſiſtitur. Hoc ſuppoſito probatur concluſio. Lex canonica excludit illegitimos ab ordinibus, & beneficiis eccleſiaſticis, quæ tam ſæpe diſtributa publica officia ponunt interdum conditiones exhibere honeſtatem naturalem, maxime cum habere plura officia non ſit omnibus ſimpliciter neceſſarium: & ideo in conſcientia tenentur filii illegitimi abſtinere ea quod non habent qualitates de iure requiſitas. Per iuramentum autem excludantur illegitimi, & à patria nobilitate, & à iure percipiendi hæreditates, ceteraque quæ ſunt benignitatis, & fauoris legis dicuntur alijs; ergo poterit ergo lex inſtituere de cauſis excludere illegitimos. Et quamuis ius ciuile poſſit impedire dominii tranſlationem, filii illegitimi tenentur in conſcientia non adire hæreditatem, & ſi adepti fuerint reſtituere.

¶ Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum diſtinguitur maior, ſunt in materia de lege poſitiua, ſeu naturali pœnalia quæ conſiſtit in priuatione alicuius declaratione malitiæ ſortiuntur effectum, ut leges de excommunicatione, & ſuſpenſione, tales autem ſunt iſtæ contra illegitimos latæ. Et ſi arguas. Vbi eſt eadem culpa, eadem debet eſſe pœna: ſed in illegitimis nulla fuit culpa, ergo. Reſpondetur, quod cum ſint in aliquali peccato patre propter inconueniens parentes in filios exiſtit à publicis honoribus, quemadmodum per crimen exiſtimationis aut hæreſis filii notantur infamia, quamquam non ſint rei. Secundo dotes, quod illæ leges proprie loquendo non ſunt pœnales, ſed operantur conditiones ad publicum honeſtatem: ſicut leges antiquæ quæ prohibebant conſtitui ſacerdotes, ſi quibus eſſet macula.

¶ Ad ſecundum reſpondetur breuiter, quod ſemper poterit iudicari melius iuxta regulam prudentiæ ut filius illegitimus ceſſante hæreditatem quam acceperit ipſe eſſentialiter velit quærere; ſi autem talis iudicet eſſe, quod ſine detrimento maioris boni non poſſit ſeri reſtitutio, adhibeatur eſt abſolutio, ſi putet ſe habere opportunitatem reſtituere. Exemplum eſt in c. ſi filius de pœn. & remiſſ. ubi mulieres quæ adulterium ſuum commiſerunt ſi legitimis & earum propter metum mariti non audebant indicare præcipit abſolui.

¶ Ad rationem reſpondetur, quod diſpenſatio Papæ ubi generaliter ſufficit ad reddendum habilem quemcumque ad ſpiritualia non autem quemcumque ad omnia, propterea quod multis poteſtas diſtincta eſt gratia ab ſpirituali, ut dicemus in tract. de charis. c. autem illud per venerabilem, intelligitur habere locum in terris quæ ſubdantur dominio temporali Romanæ eccleſiæ. Hoc autem ſolatium habere debent filii illegitimi, quod ſi a mercibus reipublicæ temporalis excludantur, non tamen à participatione ſpiritualium bonorum. Cuius ratio eſt illa Ioan. 3. quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Secunda ergo radicitus, quæ eſt per Spiritum ſanctum, reddit hominem idoneum participandi ſpiritualium bonorum. Ioan. 3.

EST tamen adhuc dubium magis in particulari de legibus quæ impediunt tranſlationem dominii in filios illegitimos.

Pro

Per quæ secundò, filiorum illegitimorum multa esse genera, possunt simul reduci ad duas classes. In prima existunt ceteri filii geniti sine ex concubitu illegitimo ad carnali copula, quæ accedente conjugio inter eos nam potuit esse contagio nullo obstante impedimento legis. v. g. qui geniti sunt ex soluto & soluta, nec consanguineo, nec affini. In secunda classe constituuntur omnes illi qui geniti sunt ex concubitu qui non potuit esse contagio, etiam accedente fœdo matrimonium ob aliquod impedimentum matrimonium impediens, religionis, ordinis, consanguinitatis aut affinitatis. Primæ classis filii dicuntur naturales. Secundæ vero classis dicuntur à nobis mere spurii damnato concubitu nati. Spurij hoc nomine hic spurius, notius, mares, aliis habentur in iure accepiones quas in præsenti omittimus. De primæ classis filiis non cadunt in præsenti ulla controversia cli de spuriis aut geniti ex damnato coitu. ¶ Est ergo quæstio, utrum leges quæ statuunt non esse transferendum dominium in tales filios sic adeo impediant translationem dominij, ut si de facto translatio fiat contra legem, translatio facta non teneat, nec isti filij comparent dominium. Videtur quod sic translatio teneat.

¶ Primo leges penales non obligant in conscientia nec impedient dominij translationem sic, ut facta non teneat ante judicij condemnationem, sed leges quæ in hac materia decernunt contra filios illegitimos sunt penales, patientes etiam in conscientia: ergo impedimento impedientia ergo.

¶ Secundò. Leges quæ prohibent translationem dominij per contractus, quales dotis solemnitas effectiuè dotis, non impediunt translationem dominij dotis ut facta non teneat: sed multæ urgentiæ & significantiæ prohibent illæ leges translationem dominij per tales contractus, quæ leges quæ decernunt circa filios illegitimos, ergo, Minor videtur ista ratione probabiliter sententia. Minor patet ex terore legum: quidem illæ leges tales contractus dicunt nullos & irritos prohibendo. Ergo non leges quæ prohibent ne matrimonia fiant cum filiis illegitimis non obstante tamen odiosa verba nec dicunt tales

A contractus esse nullos nec habendos pro infectis, ergo.

¶ Tertio. Leges filiorum illegitimorum quæ inducunt circa illos regulariter illegitimos effectus prohibent illis patrimonia hæreditatis non illis peccatis dotare filios tales sunt per donationem inter vivos, sive per testamentum bona hæreditaria, ergo si de facto per talia contractus illa aliquid donatum dotale fuerit prohibit. Antecedens constat in toto isto corpore legum ubi prohibentur aliqua prohibita in ultimum donatio inter vivos vel testamentum, non in alio. Hujusmodi, non inveni ista verba dicentia: Parti. 4. tit. 11. l. 3. videtur. *No podrian heredar los hijos de los padres ni de los abuelos ni de los otros parientes que defendieron dichos.* Et in l. 5. Fori regali, tit. 8. de las herencias l. 1. ubi dicitur. *Todos estos que suceden assi, o mueren, o desde agora de ningun de herencias no pueden heredar otro ni otros algunos que sean de derecho suyos mas del quinto de su haver mandado, o de repartir los dar lo que quisiere.* Vbi istam inhabilitatem quod non possint tales filii illegitimi hæreditatis succedere in bonis patrimonij.

¶ Quarto sic; sicut ex oppositis sententia quod si pater dotaverit hæredem bonorum suorum dotem aliquem extraneum qui postea fecerit ratum filium de retinenda hæreditate filio spurio, tenetur talis hæres, quæ radicaliter ex tenetur filio illa bona. Consequens videtur datum, ergo probatur sequela. Tale dotis commissum dirigatur contra filios spurios inhabiles & incapaces ratione sua oppositam sententiam, ergo si quasi dotis tristis est tale hæredem revelatur reddere illam filio & non filio spurio.

¶ Prima sententia est affirmativa, quæ propter dictas argumenta primi dicendi, quod talis donatio fiat per testamentum, sive extra testamentum, sic fiat contra legem, facta tamen teneat.

¶ Secunda sententia est contraria dicentium, quod talis donatio etiam facta non teneat.

¶ Tertia sententia est media distinguendo inter filios illegitimos spurios, & filios illegitimos clericorum & religiosorum: & in filijs spuriis secundò

Parti. 4. tit. 11. l. 3. Et lib. 5. fori regalis, ti. 8. de las herencias l. 1.

excedat propter veritatem argumentum A
illud conſtituens, tranſeunte illa argumentatione ſilij ad patrem dicentem, & reſpondente ſibi ut dicunt, quia tales dicunt non recte, quæ reducuntur, ſic Diſcipulus D. Tho. ſecutus in his tres partes, Solus quem alij ſequentes nouam opinionem, ſcilicet g. q. de iure q. 3. art. 1. ad 4.

¶ Prima concluſio. Parentes & patrem & debent ſuos filios quam ſpuria quamcunque ſocietate ſuerit concubitus, & ad hoc tenentur iure diuino. Probatur primo, ex eadem libertate, de qua dixit in materia nullo casu quem poſſint per alienationē ubi B Clemen. III. per capitulum quod parentes ac etiam ſi ſint illegitimi filij ex damnato coitu ſi grauis incumbat neceſſitas eos ſuperueniendi ſibi ex bonis ſuis, ſi ſint ſufficientia, & ſi non ſint ſufficientia, ſaltem ex bonis communibus, ſi ſint, & ſi non ſint, ex bonis ſuis, & ſi non ſint, ex bonis communibus

gil. tina. l. 1. tit. 21. & lib. 5. tit. 9. l. 2.

dere possint eodem iure hereditario: spectatim tamen de clericorum filiis decernitur lib. 1. Fori regii tit. 5. l. 2. & lib. 5. tit. 9. l. 2. quæ lex edita est à Ioan. I. Nauarræ. In quibus decernitur, ne filii clericorum habeant bona, aut parentum, aut consanguineorum, nec per testamentum, nec per donationem, aut venditionem. Quam legem Ioanna Regina Caroli Cæsaris mater, extulit ad filios religiosos & monachos. ¶ Secundo probatur. Iuniperetti quamvis in hac parte ab è multorum intendant in legibus supra allegatis, huiusmodi filios spurios fieri omnino inhabiles ad comparandum dominium bonorum patrimonialium, siue per testamentum, siue quasi testamentum, ergo ita intelligendæ sunt leges. Antecedens probatur allegando vnum solum tempore dubitationis Iurisperitum Cumanum in epitome super 4. Decret. par. 2. capit. 8. concha 1. num. 3. num. seq. multas pa. 7. & 8. ¶ Tertio probatur conclusio, arguendo contra sententiam illam multorum. Illa opinio est, quod clericorum & religiosorum filii fiant omnino inhabiles, ex quod in ordinationibus Regis dicitur, ut spurii, si parentes sunt, sed multo significatiuius verba sunt verba allegata à nobis ex iure Castellæ ad inhabilitandum filios illegitimos spurios etiam facultates, ergo. Minor probatur ex illis verbis, omnia inhabilitate pœnam bene facio infligi, &c. & alia quæ citantur. Hinc sequitur consultum, hoc illas quæ sunt ciuitates, quas non sequimur in practica vero similiter esse existimamus quæ sit, filios spurios clericorum esse habiles, & capaces ita scilicet vt translatio dominii facta ab eis valeat quam illa nulla. Patet ex argumento prædicto inter hos. Et licet Soto dequatuor sequi mallet illam sententiam, non tamen in allegato loco, sed etiam in 4. dist. 41. q. vnica, art. 4. non minus est, quod in re quæ pertinebat ad ius Cæsareum & Regium, erraret non cæsalem Iurisperitos, & in ipsam. Secundo sequitur manifestum esse peccare mortaliter, si parentes quis filios, aut contra legem testetur, quæ in hac materia decernunt, aliquid donet & tradat. Hoc conclusio habet locum in casu secundo, quando agere contra legem sanctam in materia grauis est mortale: illæ vero leges sanctissimæ sunt, nã sunt in odium spuritiæ spurios, & incontinentiæ hominum, &c.

¶ Tertio conclusio. Istorum regum Hispaniarum filius ex damnato coitu suscepti possunt matri succedere etiam ex testamento sine vllo pecato, modo eorum mater prius per confessionem illum non interimat propria manu, aut non susceperit illum ex alio vel religioso, e.g. si mater Ioanna susceperit filium ex alio coniugem, præcisis omnibus succedendi bonorum dictum. Hæc conclusio sumitur à Ioanna Regina in allegata lege nona Tauri, & ibi recepta quidam & moderni præcedentis conclusionis, & ibidem ratione in præcedenti conclusione proximum sunt verbum, in antiqua vero

¶ Quarta conclusio. Ante iudicium tamen filius spurius, qui contra omnes leges, de quibus hactenus fuit dictum præmissum, tenetur restituere dominia, aut illis defuncta matri, hæredibus eius, siue abintestato, siue per testamentum succedentibus possessionem non transeunt illud restituere dominium matri illud retinere. Hinc Primo patet, spurium filium cum inhabilis sit & incapax ad ea bona suscipienda, etiamsi ante iudicium sententiam restituere, sed verum dominium illorum ibi quæ donatur quæ, & ita defuncto hærede filius quicunque potest succedere, ergo. Minor patet, quoniam dicitur non fit inhabilis per absolutionem ad dominium illorum bonorum quæ donauit sed tantum pœnam per leges pœnales ei propter iudicis dominio illorum bonorum. Item hæredes illius à quo, iam decedentis non sunt inhabiles per aliam legem, sed similiter propter peccatum defuncti qui sacultatem perdiderunt à iudice hæreditate, ergo antequam restituerit, &c. Secunda pars eiusdem probatur. Leges ciuiles iuste & sanctæ per mortem pœnæ cum, qui talia bona donauit, ut patuerunt hæredes qui si alias secundum leges debentur, aut si viuerent primarentur dominio bonorum quæ donauit. Sed lex pœnalis iusta post latam sententiam obligat in conscientia, ergo Maior explicatur, qui donauit talia bona filio spurio, committit crimen inobedientiæ contra legem quæ prohibuit talem donationem, ergo.

¶ Quinta conclusio. Princeps spoliare potest legitimos successores filium spurios existentium, quatenus ad successionem hæreditariam, & donationem aliam, quæ ergo in bona patrimonialia siue patrimonialibus siue ex

regalia.

rebellionis reale substitis acquisitis. Probatur ex novis principiis. Ibes per quam naturæ causa per casus dissolvitur, & cessante causa cessat & effectus. Tūc arguitur. Impedimentum, seu inhabilitas filii spurii ad bona paterna, potest nasci & oriri ex primi principalis placito, ergo ex placito civili potest dissolvi. ¶ Secundo. Omnis princeps potest in suis legibus dispensare: sed leges quæ inhabiles facunt filios spurios ad succedendum in bonis paternis, sunt leges civiles principales, & nulla est lex prohibitiva, ergo.

¶ Ad primum in oppositum respondetur. Leges illas inhabiles & incapaces facere filios spurios, & ideo obligare ante judicis sententiam. ¶ Ad secundum respondetur, pecare negando consequentiā. Nam leges de quibus in argumento, eō faciunt inhabiles eos in quorum favorem fiunt elevatas ex mera solemnitate. ¶ Ad tertium respondetur. Antecedēs esse maximē falsum, ut clarissimum explicatur in legibus allegatis pro secunda conclusione. ¶ In quarto argumento. Infirmatur quantitas quæstionis hujus appendicis. Vnum haves infirmatur contra tenentes legem illam, prætitia fidei de reddenda hæreditate filio spurio, si verus hæres; & comparet & acquirat dominium illorum bonorum, & teneatur in conscientia reddere illa bona hæreditatis filio spurio. Et ratio quæstionis est de debito extra testamentum, quia data fide de reddendo bona donata filio spurio, accepit ea bona contra tenentem legem quæ in hac re decernunt. Nec debita tam quam illi ob peccata mortaliter, sed quæritur ex illa, utrum tales cōparēt dominii licet peccaminose mortaliter: & teneantur filio spurio donare illa bona quæ sic fidei commissa sunt. Pro parte negativa arguitur primo ex legibus civilibus, in l. probatum ff. de petit. hæredit. dicitur, quod ille est in possessione & petitor præsumitur hæreditatem quæ applicatur filio quæritur petitor in l. ita fidei, ff. de instit. & substit. & in l. ita scripsit, & l. Lucius, § ff. de legat. 1. Secundo. Sequitur, quod si talis hæreditas filius esset verus hæres, posset filii retinere hæreditatem & non teneretur amore talem sententiam aliter reddere, cōsequēs est falsum, ergo. Minor probatur. Ille licet sequitur verus hæres & dominus, nihilominus non acquirit dominium absolutum, sed

A sub fide eleam reddendi filio spurio, ergo. Sequela probatur. extra debitum meum nullum sententiam non teneris reddere filio. Ratio. ista oppositam sententiam non teneretur reddere hæreditatem ab initio, & quia hæres verus est ipse, ergo in reddendo subsequo sententiam peccabat, quod non teneretur reddere filio spurio, quod est difficultatis. Prima probatur. Ille tantum tenetur ex quacunque tenetur ratione fidei & promissionis datæ: sed omnis promissio facta contra leges non obligat, ergo. Cōsequentia patet, quoniam illa promissio facta fuit contra legem, ideo in fraudem legum. ¶ Secundo probatur. Talis fideicommissum dirigitur in filium tanquam incapacem & inhabilem, ut ostendimus dubio præcedenti, ergo non tenetur reddere filio spurio, & quidem est incapax.

¶ Prima sententia sit, hanc non esse veram hæreditatem, & non istam cō teneri, imo nec posse reddere illa bona filio spurio. ¶ Secunda sententia, dicit hanc esse veram hæreditatem & dominium sed hoc supposito, tenetur hæres in foro interiori contra obligationem ad reddendum hæreditatem filio. Quidā enim dicunt non teneri ad reddendam hæreditatem spurio, alii vero dicunt teneri, sed tamen hoc tantum ex fidelitate non ex justitia, alii vero sic teneri ex justitia. ¶ Tertia sententia est media, distinguens inter filium secularium spurium ex una parte, & filium clericorum & religiosorum ex alterā & dicit quod filio secularium spurio potest bene peccato gravi fides de reddenda hæreditate illius, & teneri ex natura hæreditatis & institutionis ad reddendum filio: in vero clericorum, &c. esse peccatum grave id efficere, & nec hæredem esse verum dominum, nec posse illi reddere filio spurio. Hæc sententia est Scoti 4. de justitia, quæst. 5. & in 4. sententiarum loco citato.

¶ Prima conclusio. Hæres instituens a patre non tenetur ex justitia fide de reddēda hæreditate filio spurio, licet patratet certum scandalum committendo, quod reddat, & illa non instituendo eum hæredem, & ob hanc causam quæ fertur aliquem scandalizare in illi casu. Secunda. & hæres illorum hæredum, nec tenetur in conscientia reddere illa bona filio spurio. Prima pars conclusionis probatur. Juxta leges tales actiones potest filius hæres non minus quam alienus

ignorare,

Lex 2. ff. de petit. hæredit.

gnotus, quod vero testator speret certe, q̃ amicus benefaciet filijs spurijs illius, nõ aduersatur alicui legi, imo est maximè consonum iuri naturæ quod ille speret, & quod ob hanc causam instituat illum hæredem, ergo. Secunda pars probatur. Talis hæres est legitimus & absolutuus dominus illorum bonorum nulla omnino præstita fide nec apposita conditione, sed legitimus & absolutus hæres non tenetur donare bona hæreditaria, ergo.

¶ Secunda conclusio. Nihilominus hæres iste tenetur ex iustitia alere filios spurios testatoris, imo ex gratitudine tenetur alia multa beneficia, & obsequia illis præstare aliquando, etiam sub pœna peccati mortalis. Prima pars probatur. Omnis obligatio ex iustitia testatoris simul cum hæreditarijs bonis descendit ad hæredem, sed parentes ex iustitia, imo ex pietate tenentur alere filios spurios, ergo & hæres. ¶ Secunda pars probatur. Is qui suscipit beneficium tenetur ex gratitudine ad rependendũ benefic.ũ, quod suscepit, & aliqñ omissio huius rei est peccatum mortale, sed talis hæres citra dubium recepit beneficium à testatore, ergo. Maior explicatur, quoniam ad gratitudinem pertinet cum fœnore etiam remetiri beneficia: imo ordo charitatis exposcit sub peccato mortali, ut beneficus antepona tur ei à quo nullum suscepit beneficium: imo uix potest omnino iste hæres testatoris filiis spuriis vllum impendere beneficium absque eo, quod paruipendat & despiciat in animo suo benefi-um testatorem, & beneficium illius, q̃ est peccatum mortale ingratitudinis.

¶ Vt respondeamus ergo ad quæstionẽ sit tertia conclusio. Hæres qui præstitit fidem de donanda hæreditate filio spurio est uerus hæres & dominus illorum bonorũ. Probatur: nulla est omnino lex inter eas quas retulimus, in hac materia aliquid diffinientes, quæ talem hæredem inhabilem faciat ad suscipiendum dominium hæreditatis: sed tantum in pœnam præstitæ fidei in fraudem legis priuant illum hæreditate & mulctant: at leges pœnales priuantes & condemnantes non obligant ante iudicis sententiam in conscientia, ergo ille est uerus dominus quousq; per iudicis sententiam spolietur dominio. Simile est in legibus quæ prohibent taxillorum vsum quæ A tamen non tollunt quin per talem ludum transferatur dominium licet in pœnam criminis commissi contra legem concedant ei qui amisit pecuniam, repetitionem illius intra certum tempus.

¶ Quarta conclusio. Talis hæres tenetur reddere hæreditatem filio spurio ex iustitia & fidelitate etiam ante iudicis sententiam. Prima pars probatur. Talis hæres sine vllo peccato potest donare bona illa filio spurio, sed dedit fidem de reddendis illis bonis, ergo tenetur seruare illa. Maior patet. Ille est verus dominus, ut ostendimus tertia conclusione, nec est lex qua prohibeatur donare illa bona spurio, ergo tenetur, B & potest. Secunda pars probatur primo argumento ad hominem, contra eos qui dicunt teneri illum sub mortali ex fidelitate tantum. Virtus fidelitatis in materia quantumuis graui nunquam obligat sub mortali nisi admisceatur transgressio alicuius alterius uirtutis, ergo si talis hæres solum tenetur ex fidelitate, non tenetur sub mortali. Antecedens probatur, quoniam uirtus quæ ex genere suo tantum obligat sub peccato ueniali in quacunque materia obligat tantum sub ueniali, sed fidelitas ex genere suo tantum obligat sub ueniali, ergo. Confirmatur. Mendacium quantumlibet grande siue iocosum, siue officiosum, C nisi perniciosum simul sit & contra iustitiã nunquam mortale est, sed ueniale tantum. ergo nec infidelitas tantum, peccatum mortale est.

¶ Secundo probatur hæc pars. Promissio secundum probabiliorem sententiam etiam si simplex & liberalis sit, obligat ex iustitia, imo promissio quæ non est simplex nec liberalis, sed conditionata tantum, in pretium alicuius rei factæ, citra omne dubiũ obligat ex iustitia: at hæres iste promittit D promissione non simplici nec liberali, sed in pretium institutionis hæreditariæ, ergo tenetur ex iustitia. Ex quo sequitur, quod si iste hæres non reddat bona illa spurio filio, hæredes qui illi succedunt, tenentur ex iustitia reddere, q̃ patet si quidem obligatio ex iustitia, simul transit ad hæredes cum bonis hæreditarijs.

¶ Ad primum respondetur. Eas leges omnes esse pœnales, ac subinde non obligant ante iudicis sententiam.

¶ Ad secundum, quo conuincitur Episcopus

scopus Segouiensis loco cit. nu. 9. respondetur primo, q̃ si hæres iste non teneretur ad reddenda illa bona filio spurio eo, quòd promissio fuit facta contra leges, certè teneretur ad non reddendum & non donandum: nam quo casu promissio facta contra leges non obligat eodem lex contra quam facta est promissio obligat, ut non fiat, & sic talis hæres non posset sine peccato donare illa bona filio spurio, q̃ est falsum etiã secundum Episcopum Segouiensem. Quo circa secundo respondetur, q̃ promissio facta contra leges dupliciter intelligi potest. Primo, quando materia seu res promissa est contra legem & talis promissio citra dubium non obligat, imo lex obligat ut illa promissio non adimpleatur, ut si quis promittat mentiri. Secundo modo dicitur promissio facta contra leges, quia ipse actus promittendi est contra legem, & tunc talis promissio obligat, siue Deo fiat, siue homini. Vt si quis ex inani gloria promittat religionem, aut si quis scorto in pretium corporis promittat pecuniam, tenetur illam dare. Et sic ad secundum respondetur negando consequentiam, & dicimus, q̃ tenetur restituere filio spurio, nec obstat primum argumentum factum cõtra hanc sententiã.

¶ Ad tertium respondetur. Filium spurium esse inhabilem ad suscipienda bona paterna ex donatione patris, non tamen ad suscipienda illa ex donatione hæredis cuius fideicommisit pater bona sua.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum filius illegitimus possit legitimari.

AD TERTIVM sic proceditur. *Videtur quod filius illegitimus non possit legitimari. Quantũ enim distat legitimus ab illegitimo, tãtũ è conuerso illegitimus à legitimo: sed legitimus in regno nunquam fit illegitimus, ergo illegitimus nunquam fit legitimus*

A ¶ 2 *Præterea. Coitus illegitimus creat illegitimum filium fit coitus illegitimus nunquam, sit legitimus, ergo nec filius illegitimus legitimari potest.*

SED contra est. Quod per legem inducitur per legem reuocari potest, sed illegitimitas filiorum est per legem positiuam inducta, ergo potest filius illegitimus illegitimari ab eo qui habet authoritatem legis.

RESPONDEO dicendum, quod B *filius illegitimus potest legitimari, non vt fiat de legitimo coitu natus, quia coitus ille transiuit, & nunquam potest fieri legitimus, ex quo semel fuit illegitimus. Sed dicitur legitimari, inquantum damna quæ illegitimus filius incurrit subtrahuntur per legis authoritatem. Et sunt sex modi legitimandi. Duo secundum Ca-* In de-
nones, scilicet cum quis ducit vxo- cret.lib.
rem illam ex qua filium illegitimum 3.tit.17.
genera uit, si non fuit adulterium, & c.1.& 6
C *per specialem indulgentiam, & dispensationem domini Papæ. Quatuor autem modi sunt secundum leges. Primus est si pater filium naturalem curiæ Imperatoris offerat, ex hoc enim ipso legitimatur propter curiæ honestatem. Secundus si pater in testamento nominet eum legitimum hæredem, & filius postmodum testamentum Imperatori offerat. Tertius est si filius nullus sit legitimus, & ipsemet filius se principi offerat. Quar-*
D *tus si pater in publico instrumento, vel cum trium testium subscriptione cum legitimum nominet, nec adiciat naturalem.*

AD primum ergo dicendum, quod alicui potest sine iniustitia gratia fieri, sed non potest aliquis damnari nisi pro culpa: & ideo magis potest illegitimus fieri legitimus, quam è conuerso. Et si est legitimus aliquando hæreditate priuatur pro culpa, nõ tamen dicitur illegitimus filius, quia generationem legitimam habuit.

AD

AD secundum dicendum, quod actus illegitimus habet defectum intra se inseparabilem, quo legi opponitur: & ideo non potest fieri legitimus, nec est simile de filio legitimo, qui non habet huiusmodi defectum.

SVMMA ARTICVLI.

COnclusio est. Filius illegitimus potest legitimari inquantum damna quæ illegitimus filius incurrit subtrahuntur per legis autoritatem.

¶ Circa istum articulum aduertendũ est, quod solum tres modi legitimandi sunt in vsu. Primus, quando parentes filiorum illegitimorum contrahunt matrimonium, & tunc filii sunt legitimi. Et hoc intelligitur, quando tempore quo fuerunt generati parentes poterant contrahere: aliàs si sunt spurii etiam si contrahant, nõ sunt legitimi, ut habetur in cap. tanta. titul. qui filii sunt legitimi. Secundus modus est, per expressam dispensationẽ Papæ. Et talis dispẽsatio quantũ ad spiritualia ualet ubiq; terrarũ, quãtum ad hæreditatem uero capiẽdam, ualet in terra subiecta Pontifici, ut habetur in ca. per venerabilem, qui filii sunt legitimi. In terris uero subiectis aliis dominis temporalibus est dubiũ an valeat legitimatio Papæ ad hæreditatem capiendam. De quo uidendi sunt Iurisperiti, & standum est consuetudini interpretandi leges. Tertius modus est per dispensationem Imperatoris vel domini, qui non cognoscit superiorem, & talis legitimatio valet quãtum ad dignitatem, & hæreditatem temporalem, non tamen quãtum ad tollendam irregularitatem: Episcopus tamen quantum ad minores ordines potest legitimare.

c. peruenerabilẽ qui fil. sint legitimi.

Finis huius materiæ de Matrimonio.